



# Frank királyi évkönyvek Annales Regni Francorum

**Frank királyi évkönyvek**  
**Annales Regni Francorum**

A Magyarságkutató Intézet Kiadványai 21.

# Frank királyi évkönyvek

## Annales Regni Francorum

FORDÍTOTTA, AZ UTÓSZÓT ÉS A JEGYZETEKET ÍRTA:  
DARVAS MÁTYÁS



Magyarságkutató Intézet  
Budapest, 2021

Fordította: Darvas Mátyás

A fordítás alapjául szolgáló mű:

*Annales Regni Francorum inde ab anno 741. usque ad annum 829., qui dicuntur Annales Laurissenses Maiores et Einhardi.*  
Post editionem G. H. Pertzii recognovit Fridericus Kurze.  
Hannoverae, 1895. (Scriptores Rerum Germanicarum in usum scholarum ex Monumentis Germaniae Historicis separatim editi.)

Szakmai lektor: Tóth Anna

Nyelvi lektor: Fehér Bence

Az MKI szerkesztőbizottsága: Vizi László Tamás (elnök),  
Fehér Bence, Katona József Álmos, Kovács Attila, Pomozi Péter,  
Virág István

A kötet megjelenését az EMMI támogatta.



EMBERI ERŐFORRÁSOK  
MINISZTERIUMA

Fordítás, utószó és jegyzetek © Darvas Mátyás, 2021

ISBN 978-615-6117-21-2

ISSN 2677-0261

# TARTALOM

Annales Regni Francorum.....	7
<i>Frank királyi évkönyvek</i> .....	7
Utószó.....	339



# ANNALES REGNI FRANCORUM

---

## FRANK KIRÁLYI ÉVKÖNYVEK

**ALM** Annales Laurissenses Miores (741–829)

**AQDE** Annales Qui Dicuntur Einhardi (741–801)



## DCCXLI.

**ALM** Carolus maior domus defunctus est.

**AQDE** Hoc anno Karlus maior domus diem obiit, tres filios heredes relinquens, Carlomannum scilicet et Pippinum atque Grifonem. Quorum Grifo, qui ceteris minor natu erat, matrem habuit nomine Swanahildem, neptem Odilonis ducis Baioariorum. Haec illum maligno consilio ad spem totius regni concitavit, in tantum, ut sine dilatione Laudunum civitatem occuparet ac bellum fratribus indiceret. Qui celeriter exercitu collecto Laudunum obsidentes fratrem in deditionem accipiunt atque inde ad regnum ordinandum ac provincias, quae post mortem patris a Francorum societate desciverant, recipendas animos intendunt. Et ut in externa profecti domi omnia tuta dimitterent, Carlomannus Grifonem sumens in Novo-castello, quod iuxta Arduennam situm, custodiri fecit, in qua custodia usque ad tempus, quo idem Carlomannus Romam profectus est, dicitur permansisse.

## DCCXLII.

**ALM** Quando Carlomannus et Pippinus maiores domus duxerunt exercitum contra Hunaldum ducem Aquitaniorum et ceperunt

## 741.

**ALM** Károly majordomus meghalt.

**AQDE** Ebben az évben halt meg Károly majordomus, három fiát hagyva hátra örökösként, tudniillik Karlmannt és Pippint, illetve Grifót. Közülük Grifo (aki a többieknél fiatalabb volt) anyja, név szerint Swanahild, Odilo bajor herceg unokája volt; fiát veszedelmes tanácsával felbiztatta, hogy az egész ország megszerzésében reménykedjen, olyannyira, hogy az késlekedés nélkül elfoglalta Laon városát és hadat üzent bátyjainak. Ezek gyorsan összegyűjtött seregükkel megostromolva Laont, megadásra kényszerítik öccsüket, innentől pedig arra fordítják figyelmüket, hogy elrendezzék az országot és visszazerezzék a tartományokat, melyek apjuk halála után elpártoltak a frankok szövetségétől. És hogy külföldre indulva mindent biztonságban hagyjanak otthon, Karlmann Grifót az Ardennek mellett fekvő Neufchâteau-ba átvitette őriztette, és azt mondják, hogy egészen addig az időig ebben az őrizetben maradt, amíg maga Karlmann Rómába nem indult.

## 742.

**ALM** Amikor Karlmann és Pippin majordomusok hadat vezettek Hunald, az aquitánok hercege ellen, és elfoglalták a várat, melyet

castrum, quod vocatur Luccas; et in ipso itinere diviserunt regnum Francorum inter se in loco, qui dicitur Vetus-Pictavis. Eodemque anno Carlomannus Alamanniam vastavit.

**AQDE** Carlomannus et Pippinus Francorum regno potiti primo Aquitaniam recipere volentes contra Hunoldum, illius provinciae ducem, cum exercitu eandem Aquitaniam ingrediuntur; et capto quodam castello, quod Luccas vocatur, priusquam ex ea provincia secederent regnum, quod communiter habuerunt, diviserunt inter se in loco, qui vocatur Vetus-Pictavis. Eodemque anno, postquam domum regressi sunt, Carlomannus Alamanniam, quae et ipsa a Francorum societate defecerat, cum exercitu ingressus ferro et igni vastavit.

## DCCXLIII.

**ALM** Tunc Carlomannus et Pippinus contra Odilonem ducem Baiovariorum inierunt pugnam, et Carlomannus per se in Saxoniam ambulabat in eodem anno et coepit castrum, quod dicitur Hooheoburg, per placitum et Theodericum Saxonem placitando conquisivit.

**AQDE** Carlomannus et Pippinus iunctis copiis contra Odilonem ducem Baiovariorum profecti sunt proelioque commisso exercitum eius fuderunt. Et postquam inde reversi sunt, Carlomannus solus in Saxoniam profectus est et castrum, quod dicitur Hohseoburg,

Luccasnak<sup>1</sup> neveznek, még útközben felosztották maguk között a frankok országát azon a helyen, amelyet Vetus Pictavisnak<sup>2</sup> hívnak. S még ugyanebben az évben Karlmann feldúlta Alemanniát.

**AQDE** Karlmann és Pippin, uralmuk alá hajtva a frankok országát és először Aquitániát szándékozva visszafoglalni, Hunold, a provincia hercege ellen támadnak, hadsereggel hatolva be ide, Aquitániába, és elfoglalva egy várat, melyet Luccasnak hívnak, mielőtt távoztak volna ebből a provinciából, az országot, amelyet közösen birtokoltak, felosztották maguk között egy helyen, melyet Vetus Pictavisnak hívnak. Ugyanebben az évben, miután visszatértek hazájukba, Karlmann Alamanniát, amely maga is elpártolt a frank szövetségtől, hadsereggel megtámadva tüzzel-vassal feldúlta.

## 743.

**ALM** Ekkor Karlmann és Pippin csatába indultak Odiló bajor herceg ellen, és Karlmann külön bejárta Szászországot ugyanebben az évben, és tárgyalás útján megszerezte a várat, melyet Hoohseoburnak<sup>3</sup> hívnak, és a szász Theoderiket tárgyalásokkal megnyerte magának.

**AQDE** Karlmann és Pippin csapataikat egyesítve Odiló bajor herceg ellen vonultak, és csatába bocsátkozva szétszórták annak hadseregét. És miután innen visszatértek, Karlmann egymaga Szász-

---

1 Loches

2 VieuxPoitiers

3 Seeburg, Hochenseeburg

et in eo Theodericum Saxonem, illius loci primum, in deditionem accepit.

## DCCXLIII.

**ALM** Iterum Carlomannus et Pippinus perrexerunt in Saxoniam, et captus est Theodericus Saxo alia vice.

**AQDE** Item idem fratres Carlomannus et Pippinus iuncta manu Saxoniam ingressi sunt praedictumque Theodericum iterum in deditionem acceperunt.

## DCCXLV.

**ALM** Tunc Carlomannus confessus est Pippino germano suo, quod voluisset seculum relinquere; et in eodem anno nullum fecerunt exercitum, sed praeparaverunt se uterque, Carlomannus ad iter suum et Pippinus, quomodo germanum suum honorifice direxisset cum muneribus.

**AQDE** Hoc anno Carlomannus, quod diu ante praemeditatus est, patefecit fratri suo Pippino, saecularem conversationem se velle dimittere et habitu monachico Deo servire. Propter hoc dimissa expeditione anni praesentis ad vota Carlomanni perficienda et iter illius disponendum – nam Romam proficisci statuerat – et Pippinus vacabat, dans operam, ut frater honorifice ac decenter illo, quod desiderabat, perveniret.

országba utazott, és a várat, melyet Hohseoburnak neveznek, s benne Theodericet, e hely főemberét, magadásra kényszerítette.

## 744.

**ALM** Karlmann és Pippin megint Szászországba mentek, és második alkalommal is elfogták a szász Theoderiket.

**AQDE** Ugyanezen fivérek, Karlmann és Pippin, egyesített csapataikkal megint Szászországra támadtak, s az említett Theodericet ismét magadásra kényszerítették.

## 745.

**ALM** Ekkor Karlmann megvallotta édesfivérének, Pippinnek, hogy el akarja hagyni a világi életet; és ebben az évben nem gyűjtöttek sereget, hanem mindketten felkészültek: Karlmann utazására, Pippin pedig arra, hogy hogyan bocsássa méltón, ajándékokkal útjára édesfivérét.

**AQDE** Ebben az évben Karlmann feltárta fivére, Pippin előtt, amin már sokkal régebb óta gondolkodott: hogy el akarná hagyni a világban való forgolódást, és szerzetesi öltözetben szolgálni Istennek. Emiatt az azévi hadjáratra felszerelt sereget elbocsátva Pippin is arra fordította idejét, hogy Karlmann véghez vihesse szándékát, és elrendezze utazását – elhatározta ugyanis, hogy Rómába utazik –, és azon fáradozott, hogy fivére méltón és illően érkezhessen oda, ahova kívánczolt.

## DCCXLVI.

**ALM** Tunc Carlomannus Romam perrexit ibique se totondit et in Serapte monte monasterium aedificavit in honore sancti Silvestri. Ibi aliquod tempus moram faciens et inde ad sanctum Benedictum in Casinum usque pervenit et ibi monachus effectus est.

**AQDE** Carlomannus Romam profectus dimissa saeculari gloria habitum mutavit et in monte Soracti monasterium in honorem sancti Silvestri aedificavit, ubi quondam tempore persecutionis, quae sub Constantino imperatore facta est, sanctus Silvester latuisse fertur. Ibi aliquandiu commoratus meliori consilio hoc loco dimisso ad monasterium sancti Benedicti in Samnio provincia iuxta Casinum castrum constitutum Deo serviturus venit ibique monachicum habitum suscepit.

## DCCXLVII.

**ALM** Grifo fugivit in Saxoniam, et Pippinus iter faciens per Torin-gam in Saxoniam introivit usque ad fluvium Missaha in loco, qui dicitur Sahaningi; et Grifo collectam fecit una cum Saxonibus supra fluvium Obacro in loco, qui dicitur Orhaim.

**AQDE** Frater Carlomanni et Pippini, nomine Grifo, Pippino fratri

## 746.

**ALM** Ekkor Karlmann Rómába utazott, és ott tonzúrára nyiratkozott, és a Soratte-hegyen<sup>4</sup> kolostort épített Szent Szilveszter tiszteletére. Itt pedig valamennyi időt eltöltve, innen egészen a montecassinói Szent Benedekkolostorig ment, és ott szerzetes lett.

**AQDE** Miután Karlmann Rómába érkezett, a világi dicsőségtől megvalva öltözetet váltott, és a Soratte-hegyen monostort épített Szent Szilveszter tiszteletére, ahol állítólag Konstantin császár keresztényüldözése idején bujdokolt Szent Szilveszter. Itt pedig valameddig időzött, majd jobb elhatározásra jutva elhagyta e helyet, és Isten szolgálatára a Samnium tartományban, Cassino vára mellett álló Szent Benedek-rendi kolostorba ment, ahol szerzetesi ruhát öltött fel.

## 747.

**ALM** Grifo Szászországba menekült, és Thüringián átutazva Pippin is behatolt Szászországba, egészen a Meissau folyóig, azon a helyen, amelyet Scahaninginek<sup>5</sup> neveznek; Grifo is gyűlést tartott a szászokkal az Ocker folyón túl, azon a helyen, melyet Orhaimnak<sup>6</sup> hívnak.

**AQDE** Karlmann és Pippin fivére, név szerint Grifo, nem akarván

---

4 Az ókori *Soracte*

5 Schöningen

6 Ohrum



suo subiectus esse nolens, quamquam sub illo honorifice viveret, collecta manu in Saxoniam profugit collectoque Saxonum exercitu super fluvium Ovakra in loco, qui dicitur Orheim, consedit. Et Pippinus cum exercitu Francorum per Thuringiam profectus contra fratris dolos Saxoniam ingressus est conseditque super fluvium Missaha in loco, qui vocatur Skahningi. Proelium tamen non est inter eos commissum, sed ex placito discesserunt.

## DCCXLVIII.

**ALM** Grifo de Saxonia iter peragens fugiendo in Baioariam usque pervenit, ipsum ducatum sibi subiugavit, Hiltrudem cum Tassilone conquisivit. Swidger ad eum venit insolatio supradicti Grifonis. Haec audiens Pippinus iter illuc arripiens cum exercitu suo, supra nominatos totos sibi subiugavit, Grifonem secum adduxit, Lantfridum similiter, Tassilonem in ducatu Baioariorum conlocavit per suum beneficium; Grifonem vero partibus Niustriae misit et dedit ei XII comitatos. Inde iterum Grifo fugiens Wasconiam petiit et ad Waifarum ducem Aquitaniorum pervenit. [Pippinus coniugem duxit Bertadam cognomine Bertam, Cariberti Laudunensis comitis filiam.]<sup>1</sup>

**AQDE** Grifo Saxonum fidei diffidens Baioariam petiit et copias, quae de Francia ad eum confluebant, ipsum ducatum in suam redegit potestatem, Tassilonem et Hiltrudem in deditionem

---

1 Addit codex 3.

fivére, Pippin alá rendelve lenni, noha alatta nagy tiszteletben élt, csapatot gyűjtve Szászországba menekült, és szász sereget gyűjtve megállapodott az Ocker folyón túl egy helyen, melyet Orheimnek hívnak. Pippin pedig frank sereggel Thüringián át utazva fivére cselszövése ellen behatolt Szászországba, és a Meissau folyón túl megállt azon a helyen, melyet Skahninginek hívnak. Csata azonban nem esett közöttük, hanem tárgyalások után távoztak.

## 748.

**ALM** Grifo menekülés közben Szászországból távozva egészen Bajorországig jutott, e hercegséget maga alá vetette, Hiltrudot Tassilóval együtt fogságba ejtette. Eljött hozzá Swidger, a fent nevezett Grifó segítségéül. Ezeket hallva Pippin seregével odasietve az összes fent nevezettet maga alá vetette, Grifót magával vitte, Lantfridot hasonlóképp, Tassilót, kegyet gyakorolva, a bajor hercegi székbe ültette; Grifót pedig Niustria vidékeire küldte és tizenkét grófságot adott neki. Grifo innen is elmenekülve Baszkföldre igyekezett, és Waifar aquitán herceghez jutott el. [Pippin feleségül vette Bertradát, akit Bertaként emlegettek, Caribert laoni gróf lányát.]<sup>7</sup>

**AQDE** Grifo, nem bízva a szászok hűségében, Bajorországba igyekezett, és a csapatokkal, melyek Frankföldről özönlöttek hozzá, az egész hercegséget hatalmába kerítette, Tassilót és Hiltrudot meg-

<sup>7</sup> A 3. kódex hozzáfűzése.

accepit, Swithgerum ad auxilium sibi venientem suscepit. Haec cum ad Pippinum perlata fuissent, cum maximo exercitu Baiariam profectus est fratremque suum Grifonem cum omnibus, qui cum ipso vel ad ipsum venerant, cepit, Tassilonem in ducatum restituit domumque reversus Grifonem more ducum duodecim comitatibus donavit. Sed ille tali beneficio contentus non erat, nam eodem anno ad Waifarium ducem Aquitaniae profugit.

## DCCXLVIII.

**ALM** Burghardus Wirzeburgensis episcopus et Folradus capellanus missi fuerunt ad Zachariam papam, interrogando de regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes regalem potestatem, si bene fuisset an non. Et Zacharias papa mandavit Pippino, ut melius esset illum regem vocari, qui potestatem haberet, quam illum, qui sine regali potestate manebat; ut non conturbaretur ordo, per auctoritatem apostolicam iussit Pippinum regem fieri.

**AQDE** Burchardus Wirziburgensis episcopus et Folradus presbyter capellanus missi sunt Romam ad Zachariam papam, ut consulerent pontificem de causa regum, qui illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantum regis, sed nullam potestatem regiam habuerunt; per quos praedictus pontifex mandavit, melius esse illum vocari regem, apud quem summa potestatis consisteret; dataque auctoritate sua iussit Pippinum regem constitui.

adásra kényszerítette, a segítségére érkező Swithgert pedig fogadta. Miután ezeket hírül vitték Pippinnek, az hatalmas hadsereggel Bajorországba indult, s elfogta fivérét, Grifót mindazokkal együtt, akik vele tartottak vagy mellé álltak, Tassilót visszahelyezte hercegi székébe, s hazatérve Grifót herceget megillető módon tizenkét grófsággal ajándékozta meg. Ám ő nem elégedett meg ezzel a jótétéménnyel, ugyanis még abban az évben Waifarhoz, Aquitánia hercegéhez menekült.

## 749.

**ALM** Burghard würzburgi püspököt és Folrad káplánt elküldték Zakariás pápához, hogy megkérdezzék őt Frankföld királyairól – nekik ugyanis akkoriban nem volt királyi hatalmuk –, hogy helyes-e ez így, vagy sem. És Zakariás pápa meghagyta Pippinnek, hogy jobb lenne, ha azt hívnák királynak, akinek hatalma is van, mintsem azt, aki királyi hatalom nélkül való; s hogy ne sérüljön a rend, apostoli tekintéllyel megparancsolta, hogy Pippin legyen a király.

**AQDE** Burchard würzburgi püspököt és Folrad presbiter káplánt Rómába küldték Zakariás pápához, hogy az egyházfő tanácsát kérjék a királyok ügyében, akik akkoriban Frankföldön voltak; ezek csak a „király” nevet viselték, de semmi királyi hatalmuk nem volt. Az említett egyházfő úgy rendelkezett rajtuk keresztül, hogy jobb azt királynak hívni, akinél a legnagyobb hatalom van, s tekintélyének súlyával megparancsolta, hogy Pippint tegyék királlyá.

**DCCL.**

**ALM** Pippinus secundum morem Francorum electus est ad regem et unctus per manum sanctae memoriae Bonefacii archiepiscopi et elevatus a Francis in regno in Suessionis civitate [in monasterio Sancti Medardi].<sup>2</sup> Hildericus vero, qui false rex vocabatur, tonsoratus est et in [Sithiu]<sup>3</sup> monasterium missus. [Pippinus momente sancto Bonifatio quibusdam episcopatibus vel medietates vel tertias rerum reddidit, promittens in postmodum omnia restituere.]<sup>4</sup>

**AQDE** Hoc anno secundum Romani pontificis sanctionem Pippinus rex Francorum appellatus est et ad huius dignitatem honoris unctus sacra unctione manu sanctae memoriae Bonifatii archiepiscopi et martyris et more Francorum elevatus in solium regni in civitate Suessona. Hildericus vero, qui falso regis nomine fungebatur, tonso capite in monasterium missus est. [Karlus ab Italia regrediens dedicationem ecclesiae sancti Nazarii martyris et translationem corporis ipsius in monasterio nostro Lauresham celebravit anno incarnationis Domini DCCLXXIII. die Kal. Septembr.]<sup>5</sup>

---

2 Addidit manus saeculi XIi in codice C2.

3 Addidit manus posterior codicis C3.

4 Additur solum in codice C3.

5 In codicibus 3 4 5

## 750.

**ALM** Pippint frank szokás szerint királlyá választották és a szent emlékezetű Bonifác érsek keze kente fel; a frankok Soissons városában [a Szent Medárd-monostorban]<sup>8</sup> emelték királyságra. Hilderiket pedig, aki hamisan viselte a királyi címet, tonzúrára nyírták és [a Saint-Omer-i]<sup>9</sup> kolostorba küldték. [Pippin Szent Bonifác figyelmeztetésére egyes püspökségek vagyonának felét vagy harmadát visszaadta, megígérve, hogy később mindent visszaad majd.]<sup>10</sup>

**AQDE** Ebben az évben a római pápa rendelkezése szerint Pippint a frankok királyává tették, és e tisztség méltóságára a szent emlékezetű Bonifác érsek és vértanú keze kente fel a szent kenettel, és frank szokás szerint az ország trónjára emelték Soissons városában. Hilderiket pedig, aki hamisan használta a királyi címet, lenyírt fejjel kolostorba küldték. [Károly Itáliából visszatérve az Úr megtestesülésének 774-ik évében, szeptember 1-jén lorschei monostorunkban megünnepelte Szent Nazarius vértanú testének átvitelét és templomának felszentelését.]<sup>11</sup>

8 A 2. kódex XI. századi hozzáfűzése.

9 A 3. kódex későbbi hozzáfűzése.

10 3. kódex.

11 3., 4., 5. kódex.

## DCCLIII.

**ALM** Pippinus rex in Saxonia iter fecit, et Hildegarius episcopus [Coloniensis]<sup>6</sup> occisus est a Saxonibus in castro, quod dicitur Iuberg; et tamen Pippinus rex victor extitit et pervenit usque ad locum, qui dicitur Rimie. Et dum reversus est de ipso itinere, nuntiatum est ei, quod Grifo, qui in Wasconiam fugitus est, germanus eius, occisus fuisset.

Eodemque anno Stephanus papa venit in Franciam, adiutorium et solatium quaerendo pro iustitiis sancti Petri; similiter et Carlomannus, monachus et germanus supradicti Pippini regis, per iussionem abbatis sui in Franciam venit, quasi ad conturbandam petitionem apostolicam. [Hoc anno natalem Domini in Theodone-villa, pascha in Carisiaco celebravit.]<sup>7</sup>

**AQDE** Hoc anno Pippinus rex cum exercitu magno Saxoniam ingressus est; et quamvis Saxones ei obstinatissime resisterent, pulsati tamen cesserunt, et ipse usque ad locum, qui dicitur Rimi, qui est super fluvium Wisuram, accessit. In qua expeditione Hildigarius archiepiscopus interfectus est in monte, qui dicitur Iuburg. Revertenti vero regi de Saxonia nuntius venit de morte fratris sui Grifonis et a quo vel qualiter fuisset interfectus.

---

6 In codice tantum A1.

7 Addidit D1

## 753.

**ALM** Pippin király Szászországba utazott, és Hildegard [kölni]<sup>12</sup> püspököt megölték a szászok abban a várban, amelyet Iubergnek<sup>13</sup> hívnak; Pippin király pedig diadalmaskodott, és eljutott egészen addig a helyig, melyet Rimiének<sup>14</sup> hívnak. S még miközben erről az útvjáról tartott hazafelé, hírül vitték neki, hogy Grifót, Baszkföldre menekült édesfivérért megölték. S ugyanebben az évben István pápa eljött Frankföldre, segítséget és támogatást kérni Szent Péter székének jogai ügyében; hasonlóképp eljött Frankföldre a szerzetes Karlmann, a fent említett Pippin király édesfivére; apátja parancsára tett így, hogy az apostoli kérést akadályozza. [Ebben az évben az Úr születését Thionville-ben, a húsvétot Quierzyben ünnepelte meg.]<sup>15</sup>

**AQDE** Ebben az évben Pippin király nagy hadsereggel támadta meg Szászországot; s noha a szászok nagy elszántsággal ellenálltak neki, mégis visszaverve futamodtak meg, és így eljutott egészen addig a helyig, melyet Riminek hívnak, ami a Weser folyón túl van. Ebben a hadjáratban ölték meg Hildigar érseket a hegyen, melyet Iuburnak neveznek. Mikor pedig hazatért a király Szászországból, hírvivő érkezett hozzá, értesítve fivére, Grifo haláláról, és hogy ki, hogyan ölte meg őt.

12 A1 kódex.

13 Iburg

14 Rehme

15 Ti. a király; a D1 kódex olvasata.



Eodem anno Stephanus papa venit ad Pippinum regem in villa, quae vocatur Carisiacus, suggerens ei, ut se et Romanam ecclesiam ab infestatione Langobardorum defenderet. Venit et Carlomannus frater regis iam monachus factus iussu abbatis sui, ut apud fratrem suum precibus Romani pontificis obsisteret; invitus tamen hoc fecisse putatur, quia nec ille abbatis sui iussa contempnere nec abbas ille praeceptis regis Langobardorum, qui ei hoc imperavit, audebat resistere.

## DCCLIII.

**ALM** Supradictus apostolicus Stephanus confirmavit Pippinum unctione sancta in regem et cum eo inunxit duos filios eius, domnum Carolum et Carlomannum, in regibus [anno Domini DCCLIII. VI. Kal. Augusti].<sup>8</sup> Et domnus Bonifacius archiepiscopus in Frisiae nuntians verbum Domini et praedicando martyr Christi effectus est.

**AQDE** Stephanus papa, postquam a rege Pippino ecclesiae Romanae defensionis firmitatem accepit, ipsum sacra unctione ad regiae dignitatis honorem consecravit et cum eo duos filios eius Karlum et Carlomannum; mansitque hiberno tempore in Francia. Eodem anno Bonifatius archiepiscopus Mogontiacensis in Frisia verbum Dei praedicans a paganis interfectus martyrio coronatus est.

---

8 Additur in codice C3

Ugyanebben az évben István pápa felkereste Pippin királyt Carisiacum<sup>16</sup> nevű birtokán, kérlelve, hogy védje meg őt és a Római Egyházat a langobardok zaklatásától. Eljött Karlmann, a király már szerzetessé lett fivére is, apátja parancsára, hogy fivérénél akadályozza a római pápa kéréseit; úgy vélik azonban, hogy kedve ellenére tette ezt, mivel sem ő nem merte apátja rendelkezését semmibe venni, sem maga az apát nem merészelt szembeszegülni a langobard király (aki erre utasította őt) parancsával.

## 754.

**ALM** A fent mondott apostolutód, István szent kenettel megerősítette Pippint királyi méltóságában, és vele együtt királlyá kente két fiát, Károly és Karlmann urat [az Úr 754-ik évében, július 27-én].<sup>17</sup> Bonifác érsek pedig, miközben Fríziában prédikálva hirdette Isten igéjét, Krisztus vértanúja lett.

**AQDE** István pápa, miután Pippin király megerősítette, hogy védelmet nyújt a Római Egyháznak, szent kenettel a királyi méltóság tisztségére szentelte fel őt és vele együtt két fiát, Károlyt és Karlmann; s tél idejére Frankföldön maradt. Ugyanebben az évben Bonifác mainzi érseket, mikor Fríziában hirdette Isten igéjét, megölték a pogányok, s így elnyerte a vértanúság koronáját.

---

16 Quierzy

17 C3 kódex.

## DCCLV.

**ALM** Pippinus rex per apostolicam invitationem in Italiam iter peragens, iustitiam beati Petri apostoli quaerendo, Haistolfus Langobardorum rex supradictam iustitiam vetando clusas Langobardorum petiit, obviam Pippino regi et Francis venit. Et inierunt bellum, et Domino auxiliante beatoque Petro apostolo intercedente Pippinus rex cum Francis victor extitit. Eodemque anno Stephanus papa reductus est ad sanctam sedem per missos domni regis Pippini, Folradum et reliquis, qui cum eo erant. Incluso vero Haistulfo rege in Papia civitate, iustitiam sancti Petri pollicitus est faciendi; unde rex Pippinus obsides XL receptos et cum sacramenta firmata reversus est in Franciam.

Carlomannus autem monachus Vienna civitate remansit una cum Bertradane reginae infirmus, languebat dies multos et obiit in pace.

**AQDE** Pippinus rex invitante atque suggerente praedicto Romano pontifice propter iustitiam beati Petri apostoli a rege Langobardorum exigendam Italiam cum valida manu ingreditur. Resistentibus Langobardis et claustra Italiae tuentibus ad ipsas montium clusas acerrime pugnatum est; cedentibusque Langobardis omnes copiae Francorum quamvis difficilem viam non magno labore superarunt.

Heistulfus vero rex Langobardorum manum conserere non ausus in civitate Papia a rege Pippino obsessus est; qui ante obsidionem non solvit, quam firmitatis causa pro reddenda sanctae Romanae ecclesiae iustitia obsides XL recepisset. Datis vero

## 755.

**ALM** Pippin király az apostolutód hívására – hogy Szent Péter apostol trónja jogainak érvényt szerezzen – Itáliába utazik; Haistolf, a langobardok királya az említett jogokat megtiltva a langobardok erődjéhez sietve Pippin király és a frankok elé vonult. És csatába bocsátkoztak; ebből Isten segítségével, valamint Szent Péter apostol közbenjárására Pippin király került ki győztesen a frankokkal.

S ugyanebben az évben István pápát visszavezették szent trónjához Pippin király úr küldöttjei, Folrad és a többiek, akik vele voltak. Miután pedig Haistulf királyt beszorították Pavia városába, megígérte, hogy elismeri Szent Péter trónjának jogait; amiért is Pippin király 40 túszt átvéve és esküvel megerősítve visszatért Frankföldre.

A szerzetes Karlmann pedig gyengélkedve Bécs városában maradt Bertrada királynővel együtt, sok napig betegeskedett, és békében elhunyt.

**AQDE** Pippin király az előbb mondott római pápa hívására és kérlelésére erős sereggel lép be Itáliába, hogy kicsikarja a langobardok királyától Szent Péter apostol trónjának jogait. Mivel a langobardok ellenálltak és Itália hegyszorosokban álló határerődjéinél védekeztek, igen kemény harc folyt; s miután a langobardok meghátráltak, a frankok már nem oly nagy fáradtsággal jutottak át az (egyébként nehéz) úton.

Haistulfot pedig, a langobardok királyát, miután ütközetbe bocsátkozni nem merészelt, Pippin király Pavia városába zárta ostromgyűrűvel, és addig nem szüntette be az ostromot, míg negyven túszt nem kapott, azt megerősítendő, hogy visszaállítja a

XL obsidibus promissisque iureiurando firmatis ipse quidem in regnum suum regressus est et Stephanum papam cum Folrado presbytero capellano et non minima Francorum manu Romam remisit.

Carlomannus autem monachus, frater regis, qui cum Berhtrada regina in Vienna civitate remansit, priusquam rex de Italia reverteretur, febre correptus diem obiit; cuius corpus iussu regis ad monasterium sancti Benedicti, in quo monachium habitum susceperat, relatum est.

## DCCLVI.

**ALM** Dum prospexisset Pippinus rex, ab Haistulfo Langobardorum rege ea non esse vera, quod antea promiserat de iustitiis sancti Petri, iterum iter peragens in Italiam Papiam obsedit, Haistulfum inclusit, magis magisque de iustitiis sancti Petri confirmavit, ut stabiles permanerent, quod antea promiserat; et insuper Ravennam cum Pentapolim et omni Exarcatu conquisivit et sancto Petro tradidit.

Et dum reversus est Pippinus rex, cupiebat supradictus Haistulfus nefandus rex mentiri, quae antea pollicitus fuerat, obsides dulgere, sacramenta inrumpere. Quodam die venationem fecit et percussus est Dei iudicio, vitam finivit. Et quomodo et qualiter missus est Desiderius rex in regno, postea dicamus.

Római Szentegyház jogait. Miután pedig megadta a negyven túszt és esküvel megerősített ígérését, a király maga visszavonult országába, István pápát pedig királyi káplánjával, Folrad pappal együtt és nem csekély frank csapatral visszaküldte Rómába.

A szerzetes Karlmann pedig, a király fivére, aki Berhtrada királynővel együtt Bécs városában maradt hátra, még mielőtt a király Itáliából visszatért volna, lázas betegségbe esett, és meghalt. Testét a király parancsára abba a Szent Benedek-rendi monostorba vitték, amelyben szerzetesi ruhát öltött.

## 756.

**ALM** Mikor Pippin király megértette, hogy Haistulf langobard király korábbi ígéretei Szent Péter trónjának jogaival kapcsolatban bizony hamisak voltak, ismét Itáliába utazva megostromolta Paviát, körülzárta Haistulfot, még szilárdabb ígérését vette, hogy be fogja tartani, amiket korábban megígért Szent Péter trónjának jogaival kapcsolatban; és ezen felül megszerezte és átadta Szent Péter trónjának Ravennát a Pentapolisszal és az egész Exarchátussal együtt.

És miközben Pippin király hazafelé tartott, a fent említett istentelen Haistulf király már arra vágyott, hogy meghazudtolja, amiket korábban ígért, cserben hagyja a túszoikat, megszegje esküit; s egy napon vadászatot tartott, Isten ítéletéből átszúrták és bevégezte életét. S hogy mi módon és hogyan küldték Desiderius királyt az országba, azt később mondjuk el.

**A Q D E** Heistulfus rex Langobardorum, quamquam anno superiore obsides dedisset et de reddenda sanctae Romanae ecclesiae iustitia tam se quam optimates suos iureiurando obstrinxisset, nihil de promissis opere complevit. Propter hoc Pippinus rex iterum cum exercitu Italiam intravit et Heistulfum in Papia civitate se includentem obsedit et obsidione ad impletionem promissorum suorum compulit redditamque sibi Ravennam et Pentapolim et omnem Exarchatum ad Ravennam pertinentem ad sanctum Petrum tradidit.

Atque his peractis in Galliam reversus est. Heistulfus autem post abscessum eius, cum meditaretur, quomodo sua promissa non tam impleret, quam dolose ea, quae impleta fuerant, commutaret, in venatione de equo suo casu prolapsus est; atque ex hoc aegritudine contracta intra paucos dies vivendi terminum fecit. Cui Desiderius, qui comes stabuli eius erat, successit in regnum.

## DCCLVII.

**A L M** Misit Constantinus imperator regi Pippino cum aliis donis organum, qui in Franciam usque pervenit. Et rex Pippinus tenuit placitum suum in Compendio cum Francis; ibique Tassilo venit, dux Baioariorum, in vasatico se commendans per manus, sacramenta iuravit multa et innumerabilia, reliquias sanctorum manus inponens, et fidelitatem promisit regi Pippino et supradictis filiis eius, domno Carolo et Carlomanno, sicut vassus recta mente et firma devotione per iustitiam, sicut vassus dominos suos

**AQDE** Heistulf langobard király, noha az előző évben túszokat adott és esküvel kötelezte mind magát, mind előkelőit, hogy visszaadják a Római Szentegyház jogait, ígéreteiből semmit sem váltott tettekre. Emiatt Pippin király ismét sereggel lépett Itáliába, megostromolta a Pavia városába zárkózó Heistulfot, és ostrommal kényszerítette ígéreteinek beteljesítésére; a neki visszaadott Ravennát és Pentapoliszt pedig, és a teljes, Ravennához tartozó Exarchátust átadta Szent Péter trónjának.

Ezeket elvégezve tehát visszatért Galliába; távozása után pedig Heistulf király, miközben nem is annyira azon gondolkodott, hogyan ne teljesítse ígéreteit, mint inkább hogy ravaszul a már teljesítetteket is megmátsítsa, egy vadászon véletlenül lezuhant lováról, s az ebből szerzett sérülés pár napon belül véget vetett életének. Őt az uralkodásban Desiderius követte, aki főlovászmestere volt.

## 757.

**ALM** Konstantin császár más ajándékokkal együtt egy orgonát küldött Pippin királynak, amely el is jutott Frankföldre.

És Pippin király gyűlést tartott Compiègne-ben a frankokkal; eljött ide Tassilo bajor herceg is, kezét nyújtva<sup>18</sup> vazallusának ajánlotta magát, sok és megszámlálhatatlan esküt tett le kezét a

18 Az immixtio manuum avagy Handgang egyik legkorábbi példája: a hűbérúr két keze közé fogja fogadalmat tevő vazallusa kezét.



esse deberet. Sic confirmavit supradictus Tassilo supra corpus sancti Dionisii, Rustici et Eleutherii necnon et sancti Germani seu sancti Martini, ut omnibus diebus vitae eius sic conservaret, sicut sacramentis promiserat; sic et eius homines maiores natu, qui erant cum eo, firmaverunt, sicut dictum est, in locis superius nominatis quam et in aliis multis. [Eodem anno celebravit natalem Domini in Corbonaco et pascha. Et inmutavit se numerus annorum in]<sup>9</sup>

**AQDE** Constantinus imperator misit Pippino regi multa muna, inter quae et organum; quae ad eum in Conpendio villa pervenerunt, ubi tunc populi sui generalem conventum habuit. Illuc et Tassilo dux Baioariorum cum primoribus gentis suae venit et more Francico in manus regis in vassaticum manibus suis semetipsum commendavit fidelitatemque tam ipso regi Pippino quam filiis eius Karlo et Carlomanno iureiurando supra corpus sancti Dionysii promisit; et non solum ibi, sed etiam super corpus sancti Martini et sancti Germani simili sacramento fidem se praedictis dominis suis diebus vitae suae servaturum est pollicitus. Similiter et omnes primores ac maiores natu Baioarii, qui cum eo in praesentiam regis pervenerant, fidem se regi et filiis eius servaturos in praedictis venerabilibus locis promiserunt.

---

9 Addidit codex C.

szentek ereklyéire téve, és hűséget ígért Pippin királynak és fent mondott fiainak, Károly és Karlmann úrnak, hogy mint vazallus egyenes szándékkal és az igazságban való szilárd elkötelezettséggel lesz irántuk, mint vazallus a hűbérurai felé. Így tett erős ígéretet a fent mondott Tassilo Szent Dénes, Rusticus és Eleutherius, valamint Szent Germanus avagy Szent Márton teste fölött, hogy élete minden napján úgy tart meg mindent, amint esküvel megígérte. S úgy tettek erős ígéretet rangidős emberei is, akik együtt voltak vele, amint elmondtuk, a fentebb megnevezett és sok egyéb helyen. [Ugyanebben az évben az Úr születését Corbeny-ben ünnepelte, és a húsvétot is. És az esztendők száma 758-ra változott.]<sup>19</sup>

**AQDE** Konstantin császár sok ajándékot küldött Pippin királynak, melyek közt egy orgona is volt; ezt Compiègne-beli birtokán vette át, ahol éppen általános gyűlést tartott népe számára. Eljött oda Tassilo bajor herceg is népe előkelőivel együtt, és frank szokás szerint kezét adva a király kezébe ajánlotta magát vazallusnak, Szent Dénes teste fölött esküdve hűséget ígért úgy maga Pippin király, mint fiai, Károly és Karlmann felé; és nem csak ott, hanem Szent Márton és Szent Germanus teste fölött is hasonló esküvel ígérte meg, hogy élete minden napján megtartja a hűséget említett hűbérurai felé. Hasonlóképp tett ígéretet az említett szent helyeken az összes főrendű és rangidős bajor, aki vele együtt a király jelenléte elé jutott, hogy megtartja hűségét a király és fiai iránt.

---

19 A C kódex hozzáfűzése.

## DCCLVIII.

**ALM** Pippinus rex in Saxoniam ibat, et firmitates Saxonum per virtutem introivit in loco, qui dicitur Sitnia, et multae strages factae sunt in populo Saxonum; et tunc polliciti sunt contra Pippinum omnes voluntates eius faciendum et honores in placito suo praesentandum usque in equos CCC per singulos annos. Et inmutavit se numerus annorum in.

**AQDE** Pippinus rex cum exercitu Saxoniam adgressus est; et quamvis Saxonibus validissime resistentibus et munitiones suas tuentibus, pulsus proelio propugnatoribus per ipsum, quo patriam defendere conabantur, vallum intravit. Commissisque passim proeliis plurimam ex ipsis multitudinem cecidit coegitque, ut promitterent se omnem voluntatem illius esse facturos et annis singulis honoris causa ad generalem conventum equos CCC promunere daturus. His ita compositis et more Saxonico, ut rata esse deberent, confirmatis in Galliam sese cum exercitu suo recepit.

## DCCLVIII.

**ALM** Natus est Pippino regi filius, cui supradictus rex nomen suum inposuit, ut Pippinus vocaretur sicut et pater eius; qui vixit annos duos et in tertio defunctus est.

## 758.

**ALM** Pippin király Szászországba vonult és vitézségével bevette a szászok erődjeit azon a helyen, melyet Sitniának mondanak,<sup>20</sup> és nagy pusztítás esett a szászok népe körében. És akkor megígérték Pippin előtt, hogy minden akaratát megcselekszik, és tiszteletüket minden évben a nagygyűlésen fejezik ki, háromszáz lovat szolgáltatva be. És az esztendőik száma 759-re változott.

**AQDE** Pippin király hadsereggel támadta meg Szászországot, s noha a szászok hevesen ellenálltak és védelmezték erődjeiket, miután a csatában megfutamította előcsatárait az, akitől megvédeni próbáltak hazájukat, bevette a sáncot. S miután mindenfelé közelharcba bocsátkoztak, roppant sokaságukat vágta le és kényszerítette, hogy ígérjék meg: megtesznek majd mindent, amit csak akar és tiszteletük kifejezésére minden évben háromszáz lovat visznek ajándékolni az általános gyűlésre. Ezeket így elrendezve és – hogy érvényesnek tartásuk – szász módra megerősítve visszavonult hadseregével Galliába.

## 759.

**ALM** Megszületett Pippin király fia, akinek a fent mondott király saját nevét adta, hogy Pippinnek hívják, amint apját is; ő két évig élt, és a harmadikban meghalt.

---

20 Sythen

Eodem anno celebravit natalem Domini in Longlare et pascha in Iopila. Et mutavit se numerus annorum in

**AQDE** Natus est Pippino regi filius, quem suo nomine Pippinum vocari voluit. Sed puer in matura morte praeventus tertio post natiuitatem suam anno decessit.

Hoc anno celebravit rex natalem Domini in Lonclare et pascha in Iopila; neque extra regni sui terminos aliquod iter fecit.

## DCCLX.

**ALM** Tunc Pippinus rex, cernens Waifarium ducem Aquitaniorum minime consentire iustitias ecclesiarum partibus, quae erant in Francia, consilium fecit cum Francis, ut iter ageret supradictas iustitias quaerendo in Aquitania.

Et peruenit usque in locum, qui dicitur Tedoad. Et cum haec vidisset Waifarius, misit missos suos, Otbertum et Dadinum, et dedit obsides Adalgarium et Eitherium regi Pippino, ut omnia redderet, quicquid supradictus rex quaerebat in causis ecclesiasticis.

Et celebravit natalem Domini in Carisiaco et pascha. Et inmutavit se numerus annorum in

Ugyanebben az évben az Úr születését Longlier-ben, a húsvétot pedig Jupille-ben ünnepelte. És az esztendőök száma 760-ra változott. **AQDE** Fia született Pippin királynak; úgy akarta, hogy saját nevééről Pippinnek hívják. Ám közbejött a gyermek korai halála: a születése utáni harmadik évben elhunyt.

Ebben az évben az Úr születését Longlier-ben, a húsvétot pedig Jupille-ben ünnepelte; és egyáltalán nem is kelt útra országa határain túl.

## 760.

**ALM** Ekkor Pippin király, látva, hogy Waifar, az aquitánok hercege a legkevésbé sem ismeri el az egyházak jogait azokon a területeken, melyek Frankföldön voltak, tanácsot tartott a frankokkal, hogy útra keljen a fent említett jogok Aquitániában való érvényesítésére.

És eljutott egészen addig a helyig, melyet Tadoadnak mondanak.<sup>21</sup> És miután látta ezt Waifar, elküldte küldöttjeit, Otbertet és Dadint, és túszul adta Pippin királynak Adalgart és Eithert, hogy megadjon mindent, amit csak a fent mondott király egyházi ügyekben el akart érni.

És Quierzyben ünnepelte az Úr születését és a húsvétot; és az esztendőök száma 761-re változott.

---

21 Ismeretlen hely.

**AQDE** Waifarum dux Aquitaniae, cum res, quae in sua potestate erant et ad ecclesias sub manu Pippini regis constitutas pertinebant, rectoribus ipsorum venerabilium locorum reddere nolisset ipsumque regem pro his se per legatos suos commonentem audire contemneret, contumacia sua ad suscipiendum contra se bellum concitavit. Nam rex contractis undique copiis Aquitaniam ingressus bello se res et iustitias ecclesiarum exacturum pronuntiavit.

Cumque in loco, qui Tedoad vocatur, positis castris consedisset, Waifarius bello certare non ausus missa ad regem legatione spondet se imperata facturum, ecclesiarum iustitias redditurum, obsides qui imperarentur daturum; dedit etiam duos de primoribus gentis, Adalgarium et Itherium. Et hoc facto commotum contra se regis animum adeo mitigavit, ut statim bello desisteret. Nam acceptis obsidibus, qui ad fidem promissionibus faciendam dati sunt, rex bello abstinuit domumque reversus dimisso exercitu in villa Carisiaco hiemavit, in qua et natalem Domini et pascha celebravit.

## DCCLXI.

**ALM** Waifarius dux Aquitaniorum, minime cogitans de obsidibus vel de sacramentis suis, quasi in vindictam supra Pippinum regem exercitum misit, qui ad Cavalonum civitatem venerunt. Dum et supranominatus rex synodum suam teneret in villa, quae dicitur Dura, nuntiatum est ei, quod Waifarius in omnibus men-

**AQDE** Waifar, Aquitánia hercege, mivel a birtokokat, melyek hatalma alatt voltak és a Pippin király keze által létrehozott egyházakhoz tartoztak, nem akarta volna átadni a tiszteletreméltó helyek előjáróinak, a királyt pedig, mikor az követei útján figyelmeztette, semmibe vette és meg sem hallgatta: makacsságával háborút szított fel maga ellen. A király ugyanis mindenfelől összevont csapataival betörve Aquitániába kinyilvánította, hogy háborúval is kicsikarja majd az egyházak birtokait és jogait.

S mikor a helyen, melyet Tedomnak hívnak, tábort verve megállapodott, Waifar, nem merészelvén csatában megütközni, követeket küldve a királyhoz megígéri, hogy megteszi parancsait, visszaállítja az egyházak jogait, megadja a kijelölt túszokat; adott is két túszt népe előkelői közül, Adalgart és Ithert. És ezzel a tétivel annyira megnyugtatta a király ellene felkeltett indulatát, hogy az rögtön el is állt a harctól. Megkapva ugyanis a túszokat, akiket az ígéretnek beváltásának hiteléül adtak, a király visszalépett a harctól, s seregét elbocsátva és hazaindulva quierzy-i birtokán telelt, ahol az Úr születését és a húsvétot is ünnepelte.

## 761.

**ALM** Waifar aquitániai herceg, legkevésbé sem gondolva a túszokkal vagy esküire, mintegy bosszúból hadat küldött Pippin királyra; el is jutottak Chalon-sur-Saône városáig. S mikor a fent nevezett király gyűlését tartotta birtokán, melyet Durának mon-



titus est; iterum rex Pippinus illuc cum exercitu iter peragens et eius filius primogenitus nomine Carolus cum eo, et multa castella coepit, quorum nomina sunt Burbonnis, Cantela, Clarmontis. Ista per pugnam coepit et in Alverno alia multa castella coepit per placitum, quae se subdiderunt in eius dominio, et pervenit usque Lemovicas, vastando et desertando supradictam provinciam propter negligentias Waifarii ducis.

Et celebravit natalem Domini in Carisiaco villa et pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in

**A Q D E** Waifarius dux, quamquam obsides dedisset, sacramenta iurasset, satius tamen ratus, si de inlato sibi anno superiore bello ultionem exigeret, exercitum suum, qui Francorum possessiones popularetur, usque ad Cabillonem civitatem fecit accedere. Quod cum Pippino regi generalem conventum agenti in villa Duria fuisset nuntiatum, coactis undique auxiliis cum magno belli apparatu Aquitaniam ingressus quaedam oppida atque castella manu cepit; in quibus praecipua fuere Burbonis, Cantilla, Clarmontis. Quaedam se victori ultro dediderunt, maximeque Arvernorum castella, quae tunc bello premebantur. Rex tamen cuncta, quae extra munitiones invenit, ferro et igni devastans, postquam ad Limovicas oppidum venit, reversus est et in villa Carisiaco hibernis habitis natalem Domini ac pascha celebravit. In hac expeditione fuit cum rege filius eius primogenitus Karlus, ad quem post patris obitum totius imperii summa conversa est.

danak,<sup>22</sup> hírül vitték neki, hogy Waifar mindenben hazudott. Pippin király (és vele együtt Károly nevű elsőszülött fia) seregével ismét megtette az utat, és sok várat elfoglalt, melyek neve Bourbon, Chantelle, Clermont. Ezeket csatában vette be, és Auvergne-ben sok más várat szerzett meg tárgyalás útján, melyek uralma alá vetették magukat, és eljutott egészen Limoges-ig, Waifar herceg felelőtlensége miatt feldúlva és pusztasággá téve a fent mondott tartományt.

És az Úr születését quierzy-i birtokán ünnepelte, és a húsvétot hasonlóképp. És az esztendőök száma 762-re változott.

**AQDE** Waifar herceg, noha túsokat adott, esküt tett a szentségekre, mégis hasznosabbnak vélte, ha az előző évben ellene viselt háborút torolja meg; seregét, mely feldúlta a frank településeket, egészen Chalon-sur-Saône városáig vezette. Miután hírül vitték ezt Pippin királynak, aki épp düreni birtokán tartott gyűlést, mindenfelől segítséget hozva nagy hadi készültséggel betört Aquitániába, és kézre kerített bizonyos városokat és várakat, melyek közül a legfontosabbak Bourbon, Chantelle, Clermont voltak. Egyesek önként megadták magukat a győztesnek, különösen az akkor háborútól sanyargatott Auvergne várai. A király pedig mindent, amit csak az erődítményeken kívül talált, tűzzel-vassal feldúlva, miután Limoges városához ért, visszafordult, és a telet quierzy-i birtokán töltve itt ünnepelte az Úr születését és a húsvétot. E vállalkozásban ott volt a királlyal elsőszülött fia, Károly, akihez apja halála után az egész birodalom főhatalma került.

---

22 Düren

## DCCLXII.

**ALM** Tertio in Aquitania Pippinus rex iter faciens et coepit civitatem Bituricam et castrum, quod dicitur Toarcis.

Et celebravit natalem Domini in Gentiliaco villa et pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Pippinus rex suscepto a se bello finem inponere cupiens iterum Aquitanicam provinciam cum magnis copiis intrat; captisque Biturica civitate et castello Toarcis revertitur. Hiemavitque in villa Gentiliaco atque in ea natalem Domini ac paschalis festi sollemnia celebravit.

## DCCLXIII.

**ALM** Pippinus rex habuit placitum suum in Nivernis et quartum iter faciens in Aquitaniam. Ibi Tassilo dux Baioariorum postposuit sacramenta et omnia, quae promiserat, et per malum ingenium se inde seduxit, omnia benefacta, quae Pippinus rex avunculus eius ei fecit, postposuit; per ingenia fraudulenta se subtrahendo Baioariam petiit et nusquam amplius faciem supradicti regis videre voluit. Rex Pippinus iter peragendo per Aquitaniam usque ad Cadurciam pervenit Aquitaniam vastando et revertendo per Lemovicas in Franciam reversus est. Et facta est hiems valida.

## 762.

**ALM** Harmadszor is Aquitániába utazva Pippin király bevette Bourges városát, és a várat, melyet Toarcisnak hívnak.<sup>23</sup>

És Gentillyben ünnepelte az Úr születését, s hasonlóan a húsvétot is. És az esztendőök száma 763-ra változott.

**AQDE** Pippin király, véget kívánva vetni az általa kezdett háborúnak, ismét nagy sereggel lép az aquitán tartományba; s bevéve Bourges városát és Thouars várát, hazatér. És Gentillyben telet, s itt ünnepelte az Úr születését és húsvét ünnepének szertatásait is.

## 763.

**ALM** Pippin király Nevers-ben tartott gyűlést, negyedszerre is Aquitániába tartva. Itt Tassilo bajor herceg megszegett minden esküt és mindazt, amire ígéretet tett, és rosszhiszeműen kivonta magát alóla, eldobta magától mindazt a jótéteményt, amit nagybátyja vele tett. Álságos ürügyekkel visszavonulva Bajorországba igyekezett, és soha többé nem akarta látni a fent említett király arcát. Pippin király áthaladva Aquitánián egészen Cahors-ig jutott, feldúlva Aquitániát, és visszafordulva Limoges-on át visszatért Frankföldre. És kemény tél lett.

---

23 Thouars

Et tenuit rex Pippinus natalem Domini in villa, quae dicitur Longlar, et pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in **AQDE** Redeunte anni congruo tempore conventu in Nivernis habito et contractis undique copiis rex Pippinus Aquitaniam repetit et omnia, quae extra munitiones erant, ferro et igni depopulatus usque ad Cadurciam oppidum accessit. Inde cum integro exercitu in Franciam se recepturus per Lemovicam regreditur. De qua expeditione Tassilo Baioariae dux aegritudine per dolum simulata patriam reversus est firmatoque ad defectionem animo ad regis conspectum ulterius se venturum abiuravit. Rex dimisso in hiberna exercitu ad hiemandum in villa Lonclare consedit atque ibi natalem Domini ac pascha celebravit. Facta est autem eo tempore tam valida atque aspera hiems, ut inmanitate frigoris nullae praeteritorum annorum hiemi videretur posse conferri.

## DCCLXIII.

**ALM** Tunc rex Pippinus habuit placitum suum ad WORMATIAM et nullum iter aliud fecit, nisi in Francia resedit, causam pertractabat inter Waifarium et Tassilonem.

Et celebravit natalem Domini in Carisiaco villa et pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in

És Pippin király a Longlar nevű birtokon<sup>24</sup> tartotta meg az Úr születésének ünnepét, és a húsvétot hasonlóképp. És az esztendőök száma 764-re változott.

**AQDE** Mikor eljött az év alkalmas időszaka, a király Nevers-ben gyűlést tartva és mindenfelől csapatokat összevonva visszatér Aquitániába, és mindazt, ami csak az erődítményeken kívül volt, tűzzel-vasal feldúlva egészen Cahors városáig jutott el. Innen egész seregével Frankföldre visszahúzódni készülve Limoges-on át tér vissza. Ebből a vállalkozásból – álnokul betegséget színelve – visszafordult hazájába Tassilo, Bajorország hercege, s megszilárdítva szándékát, hogy elpártol, megesküdött, hogy többé nem járul a király színe elé.

A király, téli szállásra bocsátva seregét, Longlier-ben állapodott meg telelésre, és itt ünnepelte az Úr születését és a húsvétot. Ez időben olyan vad és kemény tél volt, hogy úgy tűnt, a korábbi évek telei közül eggyel sem hasonlítható össze roppant hidege.

## 764.

**ALM** Ekkor Pippin király Wormsban tartotta gyűlését és semmi más utazást nem tett, csak Frankföldön maradt, hosszan tárgyalva a Waifar és Tassilo közti ügyet.

És quierzyi birtokán ünnepelte meg az Úr születését és hasonlóképpen a húsvétot. És az esztendőök száma 765-re változott.

---

24 Longlier

**AQDE** Rex Pippinus distracto in diversa animo propter duo bella, Aquitanicum iam olim susceptum et Baioaricum propter Tassilonis ducis defectionem suscipiendum, populi sui generalem conventum habuit in Wormacia civitate. Dilataque in futurum expeditione illo anno domi se continuit. Hiemavitque in villa Carisiaco atque in ea natalem Domini et sanctum paschalis festi sollemne celebravit.

Eclipsis solis facta II. Non. Iun. hora sexta.

## DCCLXV.

**ALM** Tunc Pippinus rex placitum suum habuit ad Attiniacum et nullum fecit aliud iter.

Et celebravit natalem Domini in Aquis villa et pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Hoc anno rex Pippinus domi se continuit neque Aquitanicum bellum quamvis nondum finitum regni sui terminos egressus est, sed generalem populi sui conventum in Attiniaco villa, hiberna Aquisgrani habuit, ubi et natalem Domini et pascha celebravit.

## DCCLXVI.

**ALM** Tunc Pippinus rex perrexit iter faciens in Aquitaniam; et placitum suum habuit in Aurelianis civitate et restauravit Argentomo castro, quod antea Waifarius destruxit. Supradictus Pippinus rex

**AQDE** Pippin király általános gyűlést tartott népének Worms városában; ellentétes tervek foglalkoztatták a két háború, a már korábban megkezdett aquitán és a Tassilo herceg elpártolása miatt megkezdendő bajor hadjárat miatt. S a hadi vállalkozást a jövőre halasztva abban az évben otthon maradt. Quierzyi birtokán telet, és ott ünnepelte meg az Úr születése napját és húsvét szent ünnepét.

Napfogyatkozás volt június 4-én, a hatodik órában.

## 765.

**ALM** Ekkor Pippin király tanácskozást tartott Attignyben és semmi egyéb útra nem kelt.

És acheni birtokán ünnepelte az Úr születését és hasonlóképp a húsvétot. És az esztendő száma 766-ra változott.

**AQDE** Ebben az évben Pippin király otthon tartózkodott, s még az (egyébként befejezetlen) aquitániai háború miatt sem lépett országa határain túlra, hanem általános népgyűlését Attignyben, téli szállását Aachenben tartotta, ahol az Úr születését és a húsvétot is ünnepelte.

## 766.

**ALM** Ekkor Pippin király felkerekedett, Aquitániába utazva; és gyűlést tartott Orléans-ban és újra felépítette Argenton-sur-Creuse várát, melyet Waifar korábban lerombolt. A fent mondott Pippin király a



castrum nominatum reaedificavit, ibi Francos misit Aquitaniam continendo, similiter et in Bituricas Francorum scaram conlocavit.

Et celebravit natalem Domini in Salmontiagum villam et pascha in Gentiliaco. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Pippinus rex propter conficiendum Aquitanicum bellum conventu Aurelianis habito in Aquitaniam profectus destructum a Waifario Argentomagum castrum reaedificat dispositoque ibi necnon et in Biturica civitate Francorum praesidio regreditur natalemque Domini Salmontiaci, pascha vero Gentiliaci celebravit.

## DCCLXVII.

**ALM** Tunc habuit domnus Pippinus rex in supradicta villa synodum magnum inter Romanos et Grecos de sancta Trinitate vel de sanctorum imaginibus.

Et postea perrexit iter peragens partibus Aquitaniae per Narbonam, Tolosam coepit, Albiensem similiter necnon et Gavuldandum; et sanus reversus est in patriam et celebravit pascha in Vienna civitate.

Et in eodem anno in mense Augusto iterum perrexit partibus Aquitaniae, Bituricam usque venit; ibi synodum fecit cum omnibus Francis solito more in campo. Et inde iter peragens usque ad Garonnam pervenit, multas roccas et speluncas conquisivit, castrum Scorialiam, Torinnam, Petrociam et reversus est Bituricam. Ibi nuntiatum est de obitu Pauli papae, et ibi celebravit natalem Domini. Et inmutavit se numerus annorum in

nevezett várat újjáépítette, frankokat küldött oda, hogy megtartsák Aquitániát, s Bourges-ben hasonlóképp frank helyőrséget helyezett el.

És az Úr születését Samoussyban ünnepelte, a húsvétot pedig Gentillyben. És az esztendőök száma 767-re változott.

**AQDE** Pippin király az aquitániai háború befejezése érdekében Orléans-ban gyűlést tartva Aquitániába indul, újjáépíti a Wai-far által lerombolt argentoni várat, és ott, valamint Bourges-ben frank helyőrséget felállítva visszatér; s az Úr születését Samoussyban, a húsvétot pedig Gentillyben ünnepelte.

## 767.

**ALM** Ekkor Pippin király úr a fent mondott helyen nagy zsinatot rendezett a rómaiak és görögök között a Szentháromságról avagy a szentek ábrázolásáról.

És ezután Narbonne-on át folytatta vonulását Aquitánia területére, elfoglalta Toulouse-t, s hasonlóan Albit és Gevaudant. És egészségben tért vissza hazájába, és Vienne városában ünnepelte a húsvétot.

És ugyanebben az évben, augusztus hónapban ismét Aquitánia vidékeire indult, s Bourges-ig jutott el; ott gyűlést tartott minden frankkal a szokásos módon, egy mezőn. És innen útnak indulva egészen a Garonne-ig jutott, sok sziklaerődöt és barlangot foglalt el, így Ally, Turenne és Peyrusse várát, és visszatért Bourges-be. Ott kapott hírt Pál pápa haláláról, és ott ünnepelte az Úr születését. És az esztendőök száma 768-ra változott.

**AQDE** Orta quaestione de sancta Trinitate et de sanctorum imaginibus inter orientalem et occidentalem ecclesiam, id est Romanos et Grecos, rex Pippinus conventu in Gentiliaco villa congregato synodum de ipsa quaestione habuit. Eoque peracto ad bellum praedictum conficiendum post natalem Domini in Aquitaniam proficiscitur et per Narbonam iter agens Tolosam adgressus cepit, Albiensem et Gavuldanum pagos in deditionem accepit. Et Vienne reversus, postquam ibi et paschalis festi sacra peregit et exercitum a labore refecit, iam prope aestate confecta mense Augusto ad reliquias belli profectus est; et Bituricam veniens conventum more Francico in campo egit. Indeque ad Garonnam fluvium accedens castella multa et petras atque speluncas, in quibus se hostium manus plurima defendebat, cepit; inter quae praecipua fuere Scorialia, Torinna et Petrocia. Reversusque Bituricam exercitum in hiberna dimisit, ipse ibi considens natalem Domini celebravit. Eo anno Paulus papa Romanus defunctus est, cuius rei nuntius ibi ad regem pervenit.

## DCCLXVIII.

**ALM** Domnus Pippinus rex iter faciens et Remistagnum coepit, ad Sanctones civitatem usque pervenit et ibi captam matrem Waifarum et sororem eius et neptas eius usque ad Garonnam. Inde perrexit in loco, qui dicitur Montis; ibi Herowicus veniens cum illa alia sorore Waifarum ducis. Et inde sanus reversus pascha celebravit in castro, qui dicitur Sels.

**AQDE** Mivel a keleti és nyugati egyház, azaz a rómaiak és görögök között vita támadt a Szentháromságról és a szenteket ábrázoló képekről, Pippin király Gentillyben gyűlést hívva össze zsinatot tartott e kérdésekről. Ennek végeztével pedig, az Úr születésének ünnepe után az előbb említett háború miatt Aquitániába utazik és Narbonne-on át Toulouse-t megtámadva elfoglalta azt, Albit és Gevaudant megadásra bírta. És Bécs felé visszafordulva, miután ott a húsvét ünnepének szertartásait is elvégezte, és a sereget pihentette a fáradságok után, már szinte a nyár végén, augusztus havában kelt útra, hogy a hadjárat hátralevő részét befejezze; és Bourges-ba menve frank módra gyűlést tartott a mezőn. S innen a Garonne folyóhoz vonulva sok várat és sziklát, illetve barlangot elfoglalt, melyekben rengeteg ellenséges csapat védekezett; közülük a legfontosabbak Ally, Turenne és Peyrusse voltak. S Bourges-ba visszatérve téli szállásukra bocsátotta seregeit, maga pedig ott megállapodva ünnepelte meg az Úr születését. Ebben az évben meghalt Pál római pápa; e dolog híre itt jutott el a királyhoz.

## 768.

**ALM** Pippin úr felkerekedve elfogta Remistant,<sup>25</sup> egészen Saintes városáig jutott, és ott Waifar anyját, nővérét és leányunokáit fogságba vetve a Garonne-ig nyomult. Innen továbbment a Montis nevű

---

25 Waifar anyai nagybátyja

Iterum iter adsumens cum domna Bertradane regina ad Sanctones civitatem pervenit ibique domna Bertradane regina cum familia dimisit et partibus Petrogorigo perrexit; et interempto Waifario cum triumpho victoriae ad Sanctones reversus est.

Ibique moram faciens aliquod dies aegrotare coepit, partibus Turonorum revertendo perrexit, orationem ad sanctum Martinum fecit, ad sanctum Dionisium usque pervenit ibique diem obiens finivit VIII. Kal. Octobr. Et domnus Carolus et Carlomannus elevati sunt in regnum, domnus Carolus VII. Id. Octobr. in Noviomio civitate, Carlomannus in Suessionis civitate similiter.

Et celebravit praedictus gloriosus domnus Carolus rex natal-em Domini in villa, quae dicitur Aquis, et pascha in Rodomo civitate. Et inmutavit se numerus annorum in

**A Q D E** Rex Pippinus, cum primum ad bellum gerendum tempus congruum esse videret, evocato undique exercitu, ad Santonicam civitatem contendit. Captoque in itinere Rimistaino, cum ad urbem praedictam venisset, mater et soror et neptes Waifarii ducis ad conspectum eius adductae sunt. Quas cum pie susceptas servari iussisset, ad Garonnam fluvium proficiscitur, ubi ei Erowicus cum alia praedicti ducis sorore occurrit in loco, qui Montes vocatur, seque et illam regi tradidit. Rebus igitur aliquot prospere gestis rex revertitur et in castello, quod dicitur Sels, pascha celebravit.

Adsumptaque secum uxore atque familia sua iterum ad urbem Santonicam venit; dimissaque ibi uxore et familia, cum omnibus copiis ad persequendum Waifarium ducem animum

helyre; Herowic ide jött Waifar herceg másik nővérével. És innen egészségben visszatérve a húsvétot a Sels<sup>26</sup> nevű várban ünnepelte.

Ismét útra kelve Bertrada királynővel Saintes városába ment, s ott hagyta Bertrada úrnőt házanépével együtt, majd tovább indult Périgord vidékére; és Waifar megölése után a győzelem miatt diadalmenetben tért vissza Saintes-be.

S egy ideig itt tartózkodva néhány nappal később betegeskedni kezdett. Tours vidéke felé kitérőt téve odautazott, és imádkozott a Szent Márton-templomban; Saint-Denis-ig jutott, és ott utolsó napját érve meg, szeptember 24-én bevégezte életét. És Károly és Karlmann urakat uralomra emelték, Károly urat október 9-én Noyon városában, Karlmannat hasonlóképp Soissons városában.

És az előbb említett dicsőséges Károly király úr az Úr születését Aquis<sup>27</sup> nevű birtokán, a húsvétot meg Rouen városában ünnepelte. És az esztendőök száma 769-re változott.

**AQDE** Pippin király, amint csak alkalmasnak látta az időt a hadviselésre, seregeit mindenfelől előszólítva Saintes városa felé tartott. S útközben elfogva Rimistant, mikor az említett városhoz ért, színe elé vezették Waifar herceg anyját, nővérét és leányunokáit; s miután kegyesen fogadva őrizetbe vette őket, a Garonne folyóhoz indult, ahol a Montes nevű helyen találkozott vele Erowic az előbb mondott hercegnek egy másik nővérével együtt, átadva azt és magát a királynak. Miután így jó néhány dolgot sikeresen elintézett, a király visszafordult, és a húsvétot a Sels nevű várban ünnepelte.

26 Ma Champtoceaux.

27 Aachen

intendit nec prius destitit, quam aut caperet aut interficeret rebellantem. Interfecto igitur duce Waifario in territorio Petragorico confectoque, ut sibi videbatur, Aquitanico bello Santonas reversus est.

Cumque ibi aliquantum temporis moraretur, aegritudine decubuit; in ipsa tamen valitudine Turono delatus apud sancti Martini memoriam oravit. Inde cum ad Parisios venisset, VIII. Kal. Oct. diem obiit. Cuius corpus in basilica beati Dionysii martyris humatum est. Filii vero eius Karlus et Carlomannus consensu omnium Francorum reges creati, et Karlus in Noviomio civitate, Carlomannus in Suessona insignia regni susceperunt. Karlusque, qui maior natu erat, Aquasgrani profectus ibi natalem Domini et in Ratumago civitate pascha celebravit.

## DCCLXVIII.

**ALM** Domnus Carolus gloriosus rex iter peragens partibus Aquitaniae, eo quod Hunaldus voluit rebellare totam Wasconiam etiam et Aquitaniam, et cum paucis Francis auxiliante Domino dissipata iniqua consilia supradicti Hunaldi. Et in ipso itinere iungens se supradictus magnus rex cum germano suo Carlomanno in loco, qui dicitur Duasdives. Inde Carlomannus se revertendo Franciam iter arripiens, domnus Carolus benignissimus rex ivit ad Aequolesinam civitatem, et inde sumpsit plures Francos cum omni utensilia et praeparamenta eorum et

Magával víve feleségét és háznépét, ismét Saintes városába ment, s ott hagyva feleségét és a háznepet, minden csapatával Waifar herceg üldözésére összpontosított, és nem is állt el ettől, míg el nem fogja vagy meg nem öli a lázadót. Megölve tehát Waifar herceget Périgord vidékén, s úgy látva, hogy befejezte az aquitán háborút, visszatért Saintes-be.

S miután valamennyi időt eltöltött ott, ágynak esett, még betegen Toursba szállítva imádkozott Szent Márton emlékhelyén. Miután innen Párizsba ment, szeptember 24-én meghalt. Testét Szent Dénes vértanú székesegyházában földelték el. Fiait, Károlyt és Karlmannt az összes frank egyetértésével királlyá tették, mégpedig Károly Noyon városában, Karlmann Soissonsban vette át az uralkodói jelvényeket. Károly pedig, aki az idősebbik volt, Aachenbe utazva ott ünnepelte az Úr születését, és Rouen városában a húsvétot.

## 769.

**ALM** Károly úr, a dicsőséges király Aquitánia vidékére indult, mivel Hunald fel akarta lázítani egész Baszkföldet és Aquitániát is; és Isten segítségével kevés frank katonával megakadályozta a fent említett Hunald gaz terveit. És a fent említett nagy király még útközben találkozott édesfivérével, Karlmann-nal azon a helyen, melyet Duasdivesnek mondanak.<sup>28</sup> Innen visszafordulva Karl-

28 Ma Moncontour



ibat super flumen Dornoniam et aedificavit ibi castrum, qui dicitur Fronciacus. Et inde missos suos mittens post Hunaldum et uxorem eius ad Luponem Wasconem, dum et ibi moram fecisset una cum Francis, adductus est supradictus Hunaldus una cum uxore sua. Et castro praeparato et Hunaldo recepto reversus est in Francia.

Et celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur Duria, et pascha in Leodico vico publico. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Postquam hi duo fratres patri succedentes regnum inter se partiti sunt, Aquitania provincia, quae in sortem maioris natu Karli regis cesserat, remanentibus in ea transacti belli reliquiis, conquiescere non potuit. Nam Hunoldus quidam regnum adfectans provincialium animos ad nova molienda concitavit. Contra quem ipse, cui eadem provincia sorte obvenerat, rex Karlus cum exercitu profectus est. Sed cum fratris auxilium habere non posset, qui procerum suorum pravo consilio, ne id faceret, impediabatur, conloquio tantum cum eo habito in loco, qui Duasdives vocatur, fratre in regnum suum remeante ille Egolisenam Aquitaniae civitatem proficiscitur et inde contractis undique copiis fugientem Hunoldum persequitur; paulumque abfuit, quin caperet. Sed ille notitia locorum, in quibus regis exercitum latere poterat, liberatus est dimissaque Aquitania Wasconiam petiit, tutum se ibi fore arbitratus. Erat tunc Wasconum dux Lupus nomine, cuius fidei se Hunoldus committere, non dubitavit. Ad quem rex missa legatione iubet sibi perfugam reddi, ea conditione mandata, si dicto audiens sibi non fuisset, sciret se

mann Frankföld felé vette útját, Károly úr, a jóságos király pedig Angoulême városába ment, és innen nagyobb frank csapatot vitt magával minden eszközükkel és felszereléseikkel együtt, és átkelt a Dordogne folyón, és várat épített ott, melynek neve Fronciacus.<sup>29</sup> És innen elküldte küldöttjeit Hunaldért és feleségéért a baszk Lupóhoz, s míg itt időzött frankjaival, elé is vezették a fent mondott Hunaldot feleségével együtt. És a várat felkészítve és Hunaldot kezébe kapva visszatért Frankföldre. És az Úr születését Duria nevű birtokán<sup>30</sup> ünnepelte, a húsvétot meg egy kincstári birtokon, Liège-ben. És az esztendőök száma 770-re változott.

**AQDE** Miután e két fivér, apjuk örökébe lépve, felosztotta maguk között az országot, Aquitánia tartománya, amely az idősebbiknek, Károly királynak jutott, a területén lezajlott háború nyomaitól még nem tudott lenyugodni. Egy Hunold nevezetű ember ugyanis, uralomra törve, új vállalkozásra szította fel a tartománybeliek indulatát. Maga Károly király – akinek juttatta a sorsvetés e tartományt – indult ellene sereggel. Ám mivel fivére (akit főemberei rossz tanácsa akadályozott meg ebben) segítségére nem számíthatott, csak tanácskozást tartott vele a helyen, melyet Duasdivesnek hívnak, s miután fivére saját országában maradt, maga az aquitániai Angoulême városába indul, és innen, mindenfelől csapatokat vonva össze, veszi üldözőbe a menekülő Hunoldot. Kis híja volt, hogy elfogja, ám azt megmentette, hogy ismerte a helyeket, ahol elrejtőzhetett a király serege elől, és Aquitániát elhagyva Baszkföldre

---

29 Fronsac

30 Düren

bello Wasconiam ingressurum neque inde prius digressurum, quam illius inoboedientiae finem inponeret. Lupus minis regis perterritus Hunoldum et uxorem eius sine cunctatione reddidit, se quoque, quaecumque imperarentur, facturum spopondit. At rex, donec legati, quos miserat, reverterentur, castellum quoddam iuxta Dornoniam fluvium vocabulo Fronciacum aedificat. Reversis igitur legatis, reducto perfuga, aedificato castello in regnum suum regreditur; celebravitque natalem Domini in villa Duria et pascha apud sanctum Lantbertum in vico Leodico.

## DCCLXX.

**ALM** Tunc domnus Carolus rex habuit synodum in Warmatiam civitatem, et Carlomannus et Berta regina iungentes se ad Salossa. Et in eodem anno perrexit domna Berta regina per Baioariam partibus Italiae.

Et domnus Carolus rex celebravit natalem Domini in Mogontiam civitatem et pascha in Haristallio. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Domnus Karlus rex habuit populi sui conventum general-em in Wormacia civitate. Berhtrada vero, mater regum, cum Carlomanno minore filio apud Salusiam locuta pacis causa in Italiam

igyekezett, úgy vélve, hogy ott biztonságban lesz. A baszkok hercege akkor Lupus volt; Hunold nem habozott az ő hűségére hagyatkozni. A király, követséget küldve, felszólította, hogy adja ki neki a szökevényt, azzal toldva meg parancsát, hogy tudja meg: ha nem hallgatna erre, háborút indít Baszkföld ellen, s addig nem távozik, míg véget nem vet engedetlenségének. Lupus a király fenyegetőzésétől megrettenve habozás nélkül kiadta Hunoldot és feleségét, azt is megígérve, hogy megtesz mindent, amit csak parancsol neki. A király pedig, míg a követek, akiket elküldött, visszatértek, egy várat épített a Dordogne folyó mellett, a Fronciacus nevűt. Miután tehát visszatértek a követek és meghozták a szökevényt, a várat felépítve visszatér országába; s az Úr születését Dürenben ünnepelte, a húsvétot meg a Szent Lantbert-templomban, Liège-ben.

## 770.

**ALM** Ekkor Károly úr zsinatot tartott Worms városában; Karlmann és Berta királyné is csatlakozott hozzá Seltzben. És ugyanez évben Berta úrnő Bajorországon át Itália vidékére utazott.

És Károly király úr Mainz városában ünnepelte az Úr születését, a húsvétot meg Herstalban. És az esztendőök száma 771-re változott.

**AQDE** Károly király úr általános gyűlést tartott népének Worms városában. Berthrada pedig, a királyok anyja, miután Seltzben megbeszélést folytatott Karlmann-nal, kisebbik fiával, a béke előmozdítása érdekében Itáliába utazik, s elvégezve az ügyet, amiért

proficiscitur peractoque, propter quod illo profecta est, negotio, adoratis etiam Romae sanctorum apostolorum liminibus ad filios in Galliam revertitur. Karlus autem rex natalem Domini Mogontiaci sanctumque pascha in villa Haristallio celebravit.

## DCCLXXI.

**ALM** Tunc domnus Carolus rex synodum habuit ad Valentianas. Et eodem anno Carlomannus rex defunctus est in villa, quae dicitur Salmontiacus, prid. Non. Decembr. Domnus rex Carolus venit ad Corbonacum villam, ibique venientes Wilcharius archiepiscopus et Folradus capellanus cum aliis episcopis ac sacerdotibus, Warinus et Adalhardus comites cum aliis primatibus, qui fuerunt Carlomanni; uxor vero Carlomanni cum aliquibus paucis Francis partibus Italiae perrexerunt.

Et praeclarus ac gloriosus Carolus rex celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur Attiniacus et pascha in Haristallio villa. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Peracto secundum morem generali conventu super fluvium Scaldiam in villa Valentianas, rex Karlus ab hiemandum proficiscitur. Cumque ibi aliquamdiu moraretur, Carlomannus frater ad II. Nonas Decembris decessit in villa Salmontiaco. Et rex ad capiendum ex integro regnum animum intendens Carbonacum villam venit. Ibi Wilharium episcopum Sedunensem et Folradum presbyterum et alios plures sacerdotes, comites etiam atque primates fratris sui, inter quos vel praecipui fuere Wari-

odautazott, s még imádkozva is Rómában a szent apostolok küszöbénél, visszatér fiaihoz Galliába. Károly király pedig Mainzban ünnepelte az Úr születését, a szent húsvétot pedig herstali birtokán.

## 771.

**ALM** Ekkor Károly király új zsinatot tartott Valenciennes-ben. És ugyanebben az évben Karlmann király meghalt a Samoussy nevű királyi birtokon, december 4-én. Károly király új Corbénybe ment, s odajött Wilchar érsek és Folrad káplán más püspökökkel és papokkal együtt, Warin és Adalhard grófok más főemberekkel, akik azelőtt Karlmannhoz tartoztak; Karlmann felesége pedig kevés számú frankkal Itália vidékére indult.

A hírneves és dicső Károly király pedig az Úr születését az Attigny, a húsvétot meg a Herstal nevű királyi birtokon ünnepelte. És az esztendők száma 772-re változott.

**AQDE** Miután a szokásnak megfelelően lezajlott az általános nagygyűlés a Schelde folyón túl, Valenciennes-ben, Károly király téli szállására indul. S miután valameddig ott időzött, fivére, Karlmann december 4-én meghalt Samoussyban. A király meg, szándékait arra összpontosítva, hogy az egész országot megszerezze, Corbénybe ment. Itt fogadta az eléje járuló Wilhar sioni püspököt és Folrad papot, illetve fivére grófjait és főembereit is, akik közül talán a legfőbbek Warin és Adalhard voltak. Annak felesége és fiai ugyanis az előkelők egy részével együtt Itáliába távoztak; a király

nus et Adalhardus, ad se venientes suscepit. Nam uxor eius et filii cum parte optimatum in Italiam profecti sunt; rex autem profectionem eorum in Italiam quasi supervacuum patienter tulit. Celebravitque natalem Domini Attiniaco et pascha Haristallio.

## DCCLXXII.

**ALM** Tunc domnus Carolus mitissimus rex sinodum tenuit ad Warmatiam. Et inde perrexit partibus Saxoniae prima vice, Eresburgum castrum coepit, ad Ermensul usque pervenit et ipsum fanum destruxit et aurum vel argentum, quod ibi reperit, abstulit. Et fuit siccitas magna, ita ut aqua deficeret in supradicto loco, ubi Ermensul stabat; et dum voluit ibi duos aut tres praedictus gloriosus rex stare dies fanum ipsum ad perstruendum et aquam non haberent, tunc subito divina largiente gratia media die cuncto exercitu quiescente in quodam torrente omnibus hominibus ignorantibus aquae effusae sunt largissimae, ita ut cunctus exercitus sufficienter haberet. Tunc super Wisoram fluvium venit suprascriptus magnus rex et ibi cum Saxonibus placitum habuit et recepit obsides XII et reversus est in Franciam.

Et celebravit natalem Domini in Haristallio et pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Romae Stephano papa defuncto Adrianus in pontificatu successit.

pedig Itáliába való távozásukat, mint ami fölösleges, türelemmel viselte. S az Úr születését Attignyben, a húsvétot pedig Herstalban ünnepelte.

## 772.

**ALM** Ekkor Károly úr, a kegyelmes szívű király zsinatot tartott Wormsban. És innen első alkalommal Szászország vidékére indult, Eresburg várát bevette, egészen az Ermensulig jutott, magát a szentélyt lerombolta és ami aranyat vagy ezüstöt ott talált, elvitte. És nagy szárazság volt, annyira, hogy elfogyott a víz a fent mondott helyen, ahol az Ermensul állt; és mikor az említett dicsőséges király két vagy három napig ott akart maradni, hogy teljesen lerombolhassa a szentélyt, és nem volt vizük, akkor hirtelen Isten bőséges kegyelméből éppen délben, amikor az egész sereg pihent, szilaj patakként – senki emberfia sem tudta, honnan – víz tört elő olyan bőségesen, hogy az egész seregnek elegendő lett. Ekkor a fent nevezett nagy király a Weser folyón túlra vonult, ott gyűlést tartott a szászokkal, tizenkét túszt kapott, és visszatért Frankföldre.

És az Úr születését Herstalban ünnepelte és a húsvétot hasonlóképp. És az esztendőök száma 773-ra változott.

**AQDE** Rómában, miután István pápa meghalt, Adorján követte őt a főpapságban.



Rex vero Karlus congregato apud Wormaciam generali conventu Saxoniam bello adgredi statuit eamque sine more ingressus ferro et igni cuncta depopulatus Eresburgum castrum cepit, idolum, quod Irminsul a Saxonibus vocabatur, evertit. In cuius destructione cum in eodem loco per triduum moraretur, contigit, ut propter continuam caeli serenitatem ex siccatis omnibus illius loci rivis ac fontibus aqua ad bibendum inveniri non posset. Sed ne diutius siti confectus laboraret exercitus, divinitus factum creditur, ut quadam die, cum iuxta morem tempore meridiano cuncti quiescerent, iuxta montem, qui castris erat contiguus, tanta vis aquae in concavo cuiusdam torrentis eruperit, ut cuncto exercitui sufficeret. Tum rex idolo destructo ad Wisuram fluvium accessit ibique a Saxonibus duodecim obsides accepit. Inde in Franciam reversus in villa Heristallio et natalem Domini et sanctam paschalis festi sollemnitatem celebravit.

## DCCLXXIII.

**ALM** Tunc domnus Carolus rex perrexit ad hiemandum in villa, quae dicitur Theodone-villa. Ibiq̄ue veniens missus domni Adriani apostolici, nomine Petrus, per mare usque ad Massilia et inde terreno ad domnum Carolum regem usque periungens, invitando scilicet supranominatum gloriosum regem una cum Francis pro Dei servitio et iustitia sancti Petri seu solatio ecclesiae super Desiderium regem et Langobardos; et ideo maritime venit, quia viae clausae fuerunt Romanis a Langobardis.

Károly király pedig általános gyűlést hívva össze Wormsban úgy határozott, hogy háborúval támadja meg Szászországot; és haladéktalanul letámadva tűzzel-vassal feldúlta azt, elfoglalta Eresburg várát, a bálványt, amit a szászok Irminsulnak hívtak, ledöntötte. Mikor ennek lerombolása közben három napig ugyanott időzött, történt, hogy a huzamos derült időjárás miatt kiszáradt helyi patakok és források egyikében sem lehetett már ivóvizet találni; ám, hogy ne gyötrődjön tovább a szomjúságtól eltikkadt sereg – úgy hiszik –, Isten cselekedett: egy napon, amikor szokás szerint délidőben mindenki megpihent, a táborral szomszédos hegy lábánál egy patakmederben olyan erővel tört fel a víz, hogy az egész sereget ellátta. Ekkor a király, lerombolva a bálványt, a Weser folyóhoz vonult, ahol tizenkét túszt kapott a szászoktól. Innen Frankföldre visszatérve Herstalban ünnepelte meg az Úr születését és húsvét szent ünnepét is.

## 773.

**ALM** Ekkor Károly király úr téli szállásra vonult a birtokra, melyet Theodonénak neveznek;<sup>31</sup> s ide érkezett Adorján apostolutód Péter nevű küldöttje, tengeren utazva Marseille-ig, és innen szárazföldön Károly király úr udvaráig, és pedig azért, hogy a fent nevezett dicső királyt frankjaival együtt meghívja Isten szolgálatára és

---

31 Thionville

Tunc dominus ac praecelsus Carolus rex consiliavit una cum Francis, quid perageret; et sumpto consilio, ut ita, sicut missus apostolici per verbum domni Adriani apostolici postulavit, ita fieret, tunc synodum suprascriptus gloriosus rex tenuit generaliter cum Francis Ienuam civitatem. Ibiq̄ue exercitum dividens iam fatus dominus rex, et perrexit ipse per montem Caenisium et misit Bernehardum avunculum suum per montem Iovem cum aliis eius fidelibus. Et tunc ambo exercitus ad clusas se coniungentes, Desiderius ipse obviam domni Caroli regis venit. Tunc dominus Carolus rex una cum Francis castra metatus est ad easdem clusas et mittens scaram suam per montanis. Hoc sentiens Desiderius clusas relinquens, supradictus dominus Carolus rex una cum Francis auxiliante Domino et intercedente beato Petro apostolo sine lesione vel aliquo conturbio clusas apertas Italiam introivit ipse et omnes fideles sui. Et Papiam civitatem usque pervenit et Desiderio incluso ipsam civitatem obsedit.

Ibiq̄ue dominus Carolus in sua castra natalem Domini celebravit et pascha in Roma. Et dum propter defensionem sanctae Dei Romanae ecclesiae eodem anno invitante summo pontifice perrexisset, dimissa marca contra Saxones nulla omnino foederatione suscepta. Ipsi vero Saxones exierunt cum magno exercitu super confinia Francorum, pervenerunt usque ad castrum, quod nominatur Buriaburg; attamen ipsi confinales de hac causa solliciti, cumque hoc cernerent, castello sunt ingressi. Dum igitur ipsa Saxonum gens coepisset seviens domos forinsecus incendia cremare, venerunt ad quandam basilicam

Szent Péter trónjának jogai, illetve az Egyház védelme érdekében Desiderius királlyal és a langobardokkal szemben; és azért tengeri úton érkezett, mert a langobardok lezárták az utakat a rómaiak előtt. Ekkor a felséges Károly úr tanácsot ült a frankokkal, hogy mit tegyen; és azt döntötték, hogy úgy legyen, amint az apostoli küldött kérte Adorján apostolutód úr szavával. Ekkor a fentnevezett dicső király általános gyűlést tartott Genf városában. Itt megosztotta seregét a már említett király úr, és maga a Mont Cenis-n át vonult, nagybátyját, Bernehardot pedig más híveivel együtt a Mons Jovishoz küldte.<sup>32</sup> S mikor mindkét sereg egyesült a hágóknál, maga Desiderius vonult szembe Károly király úrral. Ekkor Károly király úr a frankokkal együtt tábort vert velük szemben, ugyancsak a hágóknál, és átküldött egy osztagot a hegyen túlra. Ezt észrevéve Desiderius otthagya a hágókat, a fent mondott Károly király úr pedig Isten segítségével és Szent Péter apostol közbenjárására sebesülés, sőt bármi háborgatás nélkül szabaddá téve a hágókat, benyomult Itáliába minden hívével együtt. És eljutott Pavia városáig, és Desideriust a városba zárva ostrom alá vette.

És itt, a táborban ünnepelte Károly úr az Úr születését, s a húsvétot Rómában. És míg Isten Római Szentegyházának védelmében ez évben a pápa hívására útra kelt, a szászok szomszédságában fekvő örgrófság minden támogatás nélkül maradt; a szászok pedig nagy sereggel keltek fel a frank végek ellen, s eljutottak egészen addig a várig, melyet Buriaburnak hívnak.<sup>33</sup> A

---

32 Azaz a mai Szent Bernát-hágóhoz.

33 Buriaburg

in loco, qui dicitur Fricdislar, quam sanctae memoriae Bonefacius novissimus martyr consecravit atque per spiritum prophetiae praedixit, quod nunquam incendio cremaretur. Coeperunt autem idem praefati Saxones cum nimia intentione adversus eandem certare basilicam, quemadmodum eam per quodlibet ingenium igni cremare potuissent. Dum haec igitur agerentur, apparuerunt quibusdam christianis, qui erant in castello, similiter et quibusdam paganis, qui in ipso aderant exercitu, duo iuvenes in albis, qui ipsam basilicam ab igne protegebant; et propterea ibidem non potuerunt neque interius neque exterius ignem accendere nec aliquod dampnum eidem inferre basilicae, sed nutu divinae maiestatis pavore perterriti in fugam conversi sunt, nemine persequente. Inventus est autem postea unus ex isdem Saxonibus mortuus iuxta ipsam basilicam, genibus curvis adclinus supra pedes, habens ignem et ligna in manibus, velut ore flando eandem basilicam igni tradere voluisset. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Adrianus papa. cum insolentiam Desiderii regis et Langobardorum oppressionem ferre non posset, decrevit, ut legationem ad Karlum regem Francorum mitteret eumque sibi atque Romanis adversus Langobardos opem ferre rogaret. Et quia id terreno itinere per Italiam fieri non poterat, eum, quem miserat, legatum nomine Petrum Romae navem conscendere et Massiliam usque per mare ire atque inde terreno itinere in Franciam fecit pervenire. Qui cum ad regem in Theodonevilla, ubi tunc hiemaverat, pervenisset et ei legationis suae causam aperuisset, eadem, qua venerat, via Romam regressus est. Rex vero rebus,

szomszédos népeket rémületbe ejtette a dolog, s mikor látták ezt, a várba tódultak. Mikor tehát a szászok hadinépe mindent feldúlva elkezdte felgyújtani a váron kívül eső házakat, odaértek egy ot-tani templomhoz, melyet Friedislarnak neveznek;<sup>34</sup> ezt a nemrég vértanúvá lett, szent emlékü Bonifác szentelte fel, és a prófétálás lelke által megjövendölte, hogy sosem borítja lángba tűz. Az említett szászok erős elhatározással nekiláttak hát, hogy kárt tegyenek a templomban, mindenféle leleménnyel próbálva tűzzel felégetni. Míg tehát ebben mesterkedtek, megjelent néhány kereszténynek a várban, s hasonlóképp néhány pogánynak a seregben két, fehérbe öltözött ifjú, akik védelmezték a tűztől a templomot: és emiatt képtelenek voltak ott tüzet gyújtani, sem kívül, sem bent, és nem is tudtak semmi kárt tenni a templomban, hanem a felséges Isten akaratából megrettenve menekülőre fogták, noha senki nem üldözte őket. Utána pedig közvetlenül a templom mellett holtan találtak egy szászt, guggolva, kezében parázssal és rőzsével, mint-ha még mindig tüzet akarna fújni a templomra. És az esztendőök száma 774-re változott.

**AQDE** Adorján pápa, mivel Desiderius király zaklatását és a langobard elnyomást nem viselhette már el, úgy határozott, hogy követséget küld Károly frank királyhoz, és megkéri őt, nyújtson segítséget neki és a rómaiaknak. S mivel ezt szárazföldi úton, Itálián át megtenni nem tudta, a követet, akit küldött, név szerint Pétert, Rómából hajón indította el, és Marseille-ig tengeren uta-

---

34 Fritzlar

quae inter Romanos ac Langobardos gerebantur, diligenti cura pertractatis bellum sibi contra Langobardos pro defensione Romanorum suscipiendum ratus cum toto Francorum exercitu Genavam Burgundiae civitatem iuxta Rhodanum sitam venit. Ibi de bello suscipiendo deliberans copias, quas secum adduxerat, divisit et unam partem cum Bernhardo patruo suo per montem Iovis ire iussit; alteram ipse ducens per montem Cinisium Italiam intrare contendit. Superatoque Alpium iugo Desiderium regem frustra sibi resistere conantem citra congressionem fugavit Ticenoque inclusum obsedit et in obpugnatione civitatis, quia difficilis erat, totum hiberni temporis spatium multa moliendo consumpsit.

## DCCLXXIII.

**ALM** Et revertente domno Carolo rege a Roma, et iterum ad Papiam pervenit, ipsam civitatem coepit et Desiderium regem cum uxore et filia vel cum omni thesauro eius palatii. Ibi venientes omnes Langobardi de cunctis civitatibus Italiae, subdiderunt se in dominio domni gloriosi Caroli regis et Francorum. Adalgisus filius Desiderii regis fuga lapsus mare introiit et Constantinopolim perrexit. Tunc gloriosus domnus Carolus rex, ipsa Italia subiugata et ordinata, custodia Francorum in Papiam civitate dimittens

zott, majd onnan szárazföldi úton Frankföldre. Miután Thionville-be (ahol akkor a király telelt) érkezett, és feltárta neki követsége okát, ugyanazon az úton tért vissza Rómába, amelyen jött. A király pedig, alapos gonddal megtárgyalva a rómaiak és langobardok közötti eseményeket, úgy gondolta, hogy a rómaiak védelmében háborút kezd a langobardok ellen. A teljes frank sereggel a Rhône folyó mellett fekvő, burgundiai Genf városába vonult, s ott döntést hozva a háború megindításáról, kettéosztotta a magával hozott csapatokat: egyik részét nagybátyjával, Bernharddal a Mons Jovison át küldte, a másikat maga vezette, a Mont Cenis-n át próbálva Itáliába jutni. S miután átkeltek az Alpok gerincén, Desiderius királyt, aki hiába próbált ellenállni neki, ütközet nélkül megfutamította, és Paviába bezárva ostrom alá vette. A város ostromával pedig, mivel nem volt egyszerű, az egész télidőt eltöltötte, sok ostrommunkával.

## 774.

**ALM** Károly király úr pedig visszatért Rómából, és ismét Paviába vonult; kezére került a város, csakúgy, mint Desiderius király feleségével és lányával együtt, valamint udvarának egész kincstára. S odajárulva minden langobard Itália minden városából, alávetették magukat a dicsőséges király úr, Károly és a frankok uralmának. Adalgis, Desiderius király fia elmenekülve kicsúszott kezük közül, tengerre szállt és Konstantinápolyba ment. Ekkor a dicső Károly király úr, miután egész Itáliát leigázta és elrendezte, frank



cum uxore et reliquis Francis Deo adiuvante cum magno triumpho Franciam reversus est.

Et dum pervenisset in loco, qui dicitur Ingilinhaim, mittens quatuor scaras in Saxoniam: tres pugnam cum Saxonibus inierunt et auxiliante Domino victores extiterunt; quarta vero scara non habuit pugnam, sed cum praeda magna inlesi iterum reversi sunt ad propria.

Et celebravit praefatus gloriosus rex natalem Domini in villa, quae dicitur Carisiacum, similiter et pascha. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Dum haec in Italia geruntur, Saxones velut peropportunam de absentia regis nacti occasionem contiguos sibi Hassorum terminos ferro et igni populantur. Cumque in eo loco, qui nunc Frideslar ab incolis nominatur, basilicam a beato Bonifatio martyre dedicatam incendere molirentur atque hoc efficere casso labore conarentur, inmisso sibi divinitus pavore subitaneo, turpi trepidatione confusi domum fugiendo revertuntur.

At rex dimisso ad obsidionem atque expugnationem Ticeni exercitu orandi gratia Romam proficiscitur; et cum peractis votis inde ad exercitum fuisset reversus fatigatam longa obsidione civitatem ad deditionem compulit. Quam ceterae civitates secutae omnes se regis ac Francorum potestati subdiderunt; et rex subacta et pro tempore ordinata Italia in Franciam revertitur, captivum

őrséget hagyva Paviában, feleségével és a többi frankkal Isten segítségével, nagy diadallal tért vissza Frankföldre.

És mikor elért a helyre, melyet Ingilnhaimnak neveznek,<sup>35</sup> négy sereget küldött Szászországba: három csatába bocsátkozott a szászokkal, és az Úr segítségével győztesként került ki belőlük, a negyedik sereg pedig nem került ütközetbe, hanem nagy zsákmánnyal, sértetlenül tért meg hazájába.

A dicső király pedig a Carisiacus nevű birtokon ünnepelte az Úr születését, s hasonlóképp a húsvétot. És az esztendő száma 775-re változott.

**AQDE** Míg Itáliában ezek történtek, a szászok a király távollétében mintegy ragyogó alkalomhoz jutva a velük határos hesseni végeket tűzzel-vassal feldúlják; s mikor azon a helyen, melyet lakói most Frideslarnak hívnak, azon fáradoznak, hogy a Szent Bonifác vértanú által felszentelt székesegyházat felgyújtsák, és hasztalan küszködve próbálkoznak ezzel, hirtelen Istentől küldött félelem szállja meg őket, és csúfos gyávaságtól megzavarodva visszafordulnak, hazamenekülve.

A király pedig, elhagyva a Pavia ostromára és bevételére vezényelt sereget, Rómába utazik, hogy imádkozzon; és miután fogadalmát teljesítve visszatért innen a sereghez, a hosszú ostromtól megtört várost megadásra kényszerítette. Ezt követve az összes többi város is a király és a frankok hatalma alá vetette magát, és a király, meghódoltatva és időlegesen elrendezve Itáliát, visszatér

---

35 Ingelheim

ducens Desiderium regem. Nam Adalgis filius eius, in quo Langobardi multum spei habere videbantur, desperatis patriae rebus relicta Italia in Graeciam ad Constantinum imperatorem se contulit ibique in patriciatus ordine atque honore consenuit.

Rex autem domum regressus, priusquam eum Saxones venisse sentirent, tripartitum in eorum regiones misit exercitum, qui incendiis ac direptionibus cuncta devastans, compluribus etiam Saxonum, qui resistere conati sunt, interfectis cum ingenti praeda regressus est.

## DCCLXXV.

**ALM** Tunc pius atque praeclarus domnus Carolus rex habuit synodum in villa, quae dicitur Duria. Et inde iter peragens partibus Saxoniae Sigiburgum castrum coepit, Eresburgum reaedificavit, super Wisoram fluvium venit in loco, qui dicitur Brunisberg. Et ibi praeparabant Saxones bellum, volentes ripam supradicti fluminis defendere; auxiliante Domino et Francis decertantibus fugati sunt Saxones, Franci ambas ripas obtinuerunt, et multi Saxones ibi occisi sunt.

Tunc domnus Carolus rex dividens exercitum suum, sumpsit secum, quos voluit, perrexit usque Obaccrum fluvium. Ibi omnes Austreleudi Saxones venientes cum Hassione et dederunt obsides, iuxta quod placuit, et iuraverunt sacramenta, se fideles esse partibus supradicti domni Caroli regis. Similiter inde revertendo

Frankföldre, fogolyként hurcolva Desiderius királyt. Ennek fia pedig, Adalgis, akihez, úgy tűnt, a langobardok nagy reményeket fűznek, feladva hazájához fűződő reményeit, elhagyta Itáliát és Görögországba, Konstantin császárhoz ment, ahol a patríciusai rendben és megbecsült sorban érte meg az öregkort.

A király pedig hazatérve, még mielőtt a szászok értesülhetek volna megérkeztéről, három részre osztva küldte seregeit azok egyes vidékeire; ezek gyűjtogatással és fosztogatással mindent elpusztítva (és megölve a legtöbb szászt is, aki ellenállni próbált), hatalmas zsákmánnyal tértek vissza.

## 775.

**ALM** Ekkor a jámbor és dicső király, Károly úr gyűlést tartott birtokán, melyet Duriának mondanak.<sup>36</sup> És innen Szászország vidékeire indulva elfoglalta Sygburg várát, Eresburgot újjáépítette, és a Weser folyón túl jutott, a helyig, melyet Brunisbergnek mondanak.<sup>37</sup> S itt készülődtek a harcra a szászok, az említett folyó partját szándékozva megvédeni: az Úr segítségével és a frankok küzdelme révén megfutamodtak a szászok, a frankok mindkét partot hatalmukba kerítették, és sok szászt vágtak le ott.

Ekkor Károly király úr, seregét megosztva, magával vitte, akiket akart, eljutott egészen az Oker folyóig. Eljött ide az összes

---

36 Düren

37 Braunsberg

iam dicto mitissimo regi, venerunt Angrarii in pago, qui dicitur Bucki, una cum Brunone et reliquis obtimatibus eorum et dederunt ibi obsides sicut Austrasii.

Et inde revertente praefato rege, invenit aliam partem de suo exercitu super fluvium Wisora continentes ripam, quam iussi fuerant. Saxones cum ipsis pugnam fecerunt in loco, qui dicitur Lidbach, et Franci Deo volente victoriam habuerunt, et plures ex ipsis Saxones occiderunt. Hoc audiente domno Carolo rege, iterum super Saxones cum exercitu irruens et non minorem stragem ex eis fecit et praedam multam conquisivit super Westfalaos; et obsides dederunt sicut et illi alii Saxones. Et tunc obsidibus receptis et praeda multa adsumpta et per ter stragia Saxonum facta supradictus domnus Carolus rex ad propria reversus est auxiliante Domino in Franciam.

Tunc audiens, quod Hrodgaudus Langobardus fraudavit fidem suam et omnia sacramenta rumpens et voluit Italiam rebelare, tunc illis in partibus cum aliquibus Francis domnus Carolus rex iter peragens.

Et celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur Scladdistat. Et inmutavit se numerus annorum in

austreleudi szász Hassival együtt, és túszokat adtak a király tetszése szerint, és szent esküt tettek, hogy hűek lesznek a fent mondott Károly király úrhoz. Innen visszatértében hasonlóképp eljöttek a már mondott kegyelmes királyhoz az angrarok abban a faluban, melyet Buckinak neveznek,<sup>38</sup> Brunóval és többi előkelőjükkel együtt, és túszokat adtak ott, amint az austrasiaiak<sup>39</sup> is.

És innen visszatérőben az említett király találkozik serege másik részével a Weser folyón túl; megszállva tartották azt a partot, amelyet parancsolt nekik. A szászok csatába bocsátkoztak velük a helyen, melyet Lidbachnak mondanak,<sup>40</sup> a frankok Isten akaratából elnyerték a győzelmet, és sok szászt megöltek ezek közül. Mikor meghallotta ezt Károly király úr, ismét sereggel rontott rá a szászokra, nem kisebb veszteséget okozott nekik, és sok zsákmányt szerzett a vesztfáloktól; túszokat is adtak, amint a többi szász is. És akkor, túszokat szedve és sok zsákmányt véve magával, a szászok között háromszor is pusztítást végezve a fent mondott Károly király az Úr segítségével hazatért Frankföldre.

Ekkor, meghallva, hogy a langobard Hrodgaud hitszegő lett és minden esküjét megszegve fel akarja lázítani Itáliát, Károly király úr frankokat maga mellé véve rögtön útra kelt arra a vidékre.

És az Úr születését a Sclddistat nevű birtokon<sup>41</sup> ünnepelte. És az esztendőök száma 776-ra változott.

---

38 Bückegau

39 Azaz az előbb említett austreleudiak avagy osztfalok.

40 Lübbecke

41 Schlettstadt

**AQDE** Cum rex in villa Carisiaco hiemaret, consilium iniit, ut perfidam ac foedifragam Saxonum gentem bello adgrederetur et eo usque perseveraret, dum aut victi christianae religioni subicerentur aut omnino tollerentur. Habitoque apud Duriam villam generali conventu, Rheno quoque transmissa cum totis regni viribus Saxoniam petiit et primo statim impetu Sigiburgum castrum, in quo Saxonum praesidium erat, pugnando cepit. Eresburgum aliud castrum a Saxonibus destructum munivit et in eo Francorum praesidium posuit. Inde ad Wisuram fluvium veniens in eo loco, qui Brunenberg vocatur, congregatam Saxonum multitudinem offendit, quae eum transitu fluminis arcere conabatur, sed frustra; nam in prima congressione pulsati fugatique sunt, et magnus eorum numerus ibidem interfectus est.

Et rex amne traiecto cum parte exercitus ad Ovaccrum fluvium contendit, ubi ei Hessi, unus e primoribus Saxonum, cum omnibus Ostfalatis ei occurrens et obsides, quos rex imperaverat, dedit et sacramentum fidelitatis iuravit. Inde regresso, cum in pagum, qui Bucki vocatur, pervenisset, Angrarrii cum suis primoribus occurrerunt et sicut Ostfalai, iuxta quod imperaverat, obsides ac sacramenta dederunt.

Interea pars exercitus, quam ad Wisuram dimisit, in eo loco, qui Hlibeki vocatur, castris positus incaute se agendo Saxonum fraude circumventa atque decepta est. Nam cum pabulatores Francorum circa nonam diei horam reverterentur in castra, Saxones eis, quasi et ipsi eorum socii essent, sese miscuerunt ac sic Francorum castra ingressi sunt; dormientesque ac semisomnos adorti non modicam incautae multitudinis caedem fecisse dicun-

**AQDE** Mikor a király Quierzyben töltötte a telet, tanácsot ülve elhatározta, hogy a hitszegő és szövetségét megtörő szász népet háborúval támadja meg, és mindaddig kitart, amíg azok vagy legyőzve alá nem vetik magukat a keresztény vallásnak, vagy teljesen el nem törli őket. S miután Dürenben általános gyűlést tartott, át is kelve a Rajnán országa egész haderejével Szászországra rontott, és mindjárt az első rohammal csatában bevette Syzburg várát, amelyben szász helyőrség állomásozott. Egy másik várat, Eresburgot, melyet a szászok leromboltak, megerősített és frank helyőrséget helyezett el benne. Innen a Weser folyóhoz vonulva a Brunenberg nevezetű helyen szembeszállt az összesereglett szász sokasággal, amely távol próbálta volna tartani a folyó átkelőhelyétől, de hiába: mert az első összecsapásban megverték és megfutamították őket, és sokukat ott helyben megölték.

A király pedig, átkelve a folyón, serege egy részével az Oker folyóhoz igyekezett, ahol Hessi, a szász főemberek egyike jött elé az összes osztfállal, és megadva a király által parancsolt túsokat, szent hűségesküt tett neki. Innen visszatérőben, amikor elért a faluba, melyet Buckinak neveznek, elé jöttek főembereikkel az angrarok, és amint az osztfálok, parancsa szerint túszaikat és esküjüket adták.

Eközben az a seregész, amelyet a Weserhez küldött, azon a helyen, melyet Hlibeknek hívnak, tábort verve óvatlanul járt el, és a szászok csellel bekerítették és csapdába ejtették őket. Amikor ugyanis a frankok takarmánybeszerzői délután három óra körül visszatértek a táborba, a szászok, mintha ők is azok társaik lennének, közéjük vegyültek és így behatoltak a frank táborba; az alvókat és félálomban levőket megtámadva, azt mondják, nem csekély öldöklést végeztek a



tur. Sed vigilantium ac viriliter resistentium virtute repulsi castris excesserunt et ex pacto, quod inter eos in tali necessitate fieri poterat, discesserunt. Quod cum regi fuisset adlatum, quanta potuit celeritate adcurrere fugientium terga insecutus magnam ex eis prostravit multitudinem; et tum demum Westfalaorum obsidibus acceptis ad hiemandum in Franciam revertitur.

## DCCLXXVI.

**ALM** Tunc domnus Carolus rex Italiam ingressus est partibus Foroiulensium pergens.

Hrodgaudus occisus est, et supradictus domnus Carolus rex ad Tarvisium civitatem pascha celebravit, et captas civitates Foroiulem, Tarvisium cum reliquis civitatibus, quae rebellatae fuerant; et disposuit omnes per Francos et iterum cum prosperitate et victoria reversus est in Franciam.

Tunc nuntius veniens, qui dixit Saxones rebellatos et omnes obsoles suos dulctos et sacramenta rupta et Eresburgum castrum per mala ingenia et iniqua placita Francos exinde suadentes exiundo; sic Eresburgum a Francis derelictum, muros et opera destruxerunt. Inde pergentes voluerunt de Sigiburgi similiter facere, auxiliante Domino Francis eis viriliter repugnantibus nihil praevaluerunt. Dum enim per placita eos, qui infra ipsum castrum custodes erant, includere non potuissent, sicut fecerunt alios, qui in alium castellum fuerant, coeperunt pugnas et machinas praeparare, qualiter per virtutem potuissent illum capere; et Deo volente petrarias, quas praepa-

gyanútlan tömegben. Ám az éberek és derekasan ellenállók vitézségétől visszaverve elhagyták a táborn, és olyan megállapodással, ami a két fél között ilyen szükséghelyzetben létrejöhetett, távoztak. Mikor hírül vitték ezt a királynak, a tőle telhető gyorsasággal odasielve a menekülők hátába került, nagy tömegüket terítve le; és akkor végre túszoikat szedve a vesztfáloktól, Frankföldre vonul vissza téli szállásra.

## 776.

**ALM** Ekkor Károly király úr behatolt Itáliába, Friuli vidékére indulva. Hrodgaudot megölték, és a fent mondott Károly király úr Treviso városánál ünnepelte a húsvétot; és az elfoglalt városokat, Friulit, Trevisót a többi várossal együtt, melyek korábban fellázadtak, mind szétosztotta frankjai között. És ismét sikerrel és győzelemmel tért vissza Frankföldre.

Ekkor hírnök érkezett, aki elmondta: a szászok fellázadtak, és minden túszoikat cserben hagyva, szent esküjüket megszegve aljas szándékkal és csalárd megegyezéssel rávették a frankokat, hogy vonuljanak ki Eresburg várából; így a frankoktól elhagyott Eresburg falait és védműveit lerombolták. Innen továbbindulva hasonlóképp akartak tenni Sygburggal, ám Isten segítségével és a nekik bátran ellenálló frankok miatt semmit sem értek el. Mikor ugyanis tárgyalással nem tudták becsapni azokat, akik a vár alatt örködtek (amint tették azokkal, akik a másik erődnél voltak), nekifogtak, hogy előkészítsék ostromgépeiket, s így, erővel próbálták volna bevenni azt. És mivel Isten így akarta, a katapultok, melyeket előkészítettek,

**ALM** Ekkor elhunyt a nagy érdemeket szerzett úrnő, Hildegardis királyné, április 30-án, ami az Úr mennybemenetelének előestéjére esett. És Károly király úr Szászországba utazott, azért, mert a szászok ismét fellázadtak, és kevés számú frankjával Detmoldba érkezett. Itt a szászok csatára készülődtek egy mezőn; Károly király úr és frankjai a szokott módon vitézül rájuk rontva meg is futamították a szászokat, az Úr segedelmével győztek a frankok, és roppant sok szász esett ott el, úgy, hogy kevesen tudtak elmenekülni. És a fent nevezett dicső király győzelemmel ért innen Paderbornba, itt találkozva seregével. És indult tovább, ahol a szászok találkoztak, a folyóhoz, melynek neve Hasa.<sup>60</sup> Ott ismét csatába bocsátkozott; nem kevesebb számú szász esett ott el, és az Úr segedelmével a frankok győztek. És a már említett úr tovább vonulva átkelt a Weseren, és eljutott az Elba folyóig; és innen visszafordult az említett nagy király Frankföldre.

És ugyanebben az évben, július 12-én elhunyt a jó emlékezetű úrnő, Berta királyné. És amikor Károly király úr Wormsba ért, házasságban kötötte magához Fastrada királynét.

---

60 Hase

Et celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur Haristallio, et pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Adridente veris temperie, cum ad expeditionem Saxoniam se praeparasset, – nam de omnimoda eorum defectione ad eum perlatum fuerat, – priusquam de memorata villa moveret, Hildigardis regina uxor eius decessit II. Kal. Mai. Cuius funeri cum more solemnium iusta persolveret, in Saxoniam, sicut dispositum habebat, duxit exercitum. Cumque Saxones in eo loco, qui Theotmelli vocatur, ad pugnam se praeparare comperisset, ad eos, quanta potuit celeritate, contendit; commissoque cum eis proelio tanta eos caede prostravit, ut de innumerabili eorum multitudine perpauca evasisse dicantur. Cumque de loco proelii ad Padrabrunnon se cum exercitu recepisset atque ibi castris positam partem exercitus, quae adhuc ad Franciam venire debuerat, operiretur, audivit Saxones in finibus Westfalaorum super fluvium Hasam ad hoc congregari, ut ibi cum eo, si venisset, acie confligerent. Quo nuntio commotus adunatis, quae tum ad se venerant quasque ante secum habebat, Francorum copiis ad locum, ubi congregati erant, sine dilatione profectus est congressusque cum eis eadem, qua et prius, felicitate dimicavit. Caesa est eorum infinita multitudo, spoliaque direpta, captivorum quoque magnus abductus est numerus. Inde victor ad orientem iter convertit primoque usque ad Wisuram, deinde usque ad Albiam cuncta devastando peragravit.

Inde reversus in Franciam duxit uxorem filiam Radolfi comitis natione Francam, nomine Fastradam, ex qua duas filias procreavit. Eodem anno defuncta est bonae memoriae mater

És a Haristallium nevű birtokon ünnepelte az Úr születését, s a húsvétot hasonlóképp. És az esztendők száma 784-re változott.

**A Q D E** Már rájuk mosolygott a tavaszi enyhülés, és a szászok elleni hadjáratra készülődött – mert mindenféle elpártolásukról érkeztek hozzá hírek –, s mielőtt elhagyta volna említett birtokát, április 30-án elhunyt felesége, Hildigard királyné. Miután temetése ünnepélyesen, illő módon megtörtént, amint elhatározta, Szászország ellen vezette seregét. S mikor a szászokat azon a helyen, melyet Theotmellinek hívnak, éppen azon érte, hogy csatára készülődnek, a tőle telhető gyorsasággal feléjük igyekezett, s csatába bocsátkozva velük akkora öldöklést rendezett köztük, hogy megszámlálhatatlan tömegükből állítólag alig néhányan menekültek meg. S mikor a csataterről Paderbornba vonult vissza seregével, és ott tábornok várta a seregnek azt a részét, amelynek még Frankföldről kellett érkeznie, meghallotta, hogy a szászok a vesztfálok határvidékén, a Hase folyón túl gyülekeznek azért, hogy ott, ha odaért, csatában megütközzenek. Ettől a hírtől indítva egyesítette a hozzá érkező és a korábban már vele levő frank csapatokat azon a helyen, ahol összegyűltek, és haladéktalanul elindult; s összecsapva velük ugyanazzal a sikerrel harcolt, mint korábban is. Végtelen sokaságukat vágták le és fosztották meg fegyvereitől, és nagy számú foglyot is hurcoltak magukkal. Győzelmeskedvén, innen kelet felé fordult, s először a Weserig, utána az Elbáig minden földet pusztítva járt be.

Innen visszatérve Frankföldre feleségül vette Radolf gróf (frank nemzetiségű) lányát, név szerint Fastradát, akitől két lánya született. Ugyanebben az évben elhunyt a király jó emléke-

regis Berhtrada IIII. Id. Iul. Ipse in Heristallio villa ibidem hiematurus consedit ibique natalem Domini ac sanctum pascha celebravit.

## DCCLXXXIII.

**ALM** Et tunc rebellati sunt iterum Saxones solito more et cum eis pars aliqua Frisonum.

Tunc deinde domnus Carolus rex iter peragens Renum transit ad Lippiaham et ingressus est Saxoniam circuiendo et vastando, usque quod pervenit ad Huculvi. Ibi consilio inito, eo quod nimum inundationes aquarum fuissent, ut per Toringiam de orientale parte introisset super Ostfalaos et filium suum domnum Carolum dimisisset una cum scara contra Westfalaos; quod et ita factum est. Domnus rex Carolus perrexit per Toringiam usque ad fluvium Albiam et inde ad Stagnfurd et inde ad Scahiningi; ibique conventionem factam reversus est in Franciam supradictus gloriosus rex.

Westfalai vero voluerunt se congregare ad Lippiam. Quo audito a supradicto filio domni Caroli regis, obviam eis accessit una cum scara, quae cum eo dimissa fuit, in pago, qui dicitur Dragini, et inierunt bellum. Auxiliante Domino domnus Carolus, filius magni regis Caroli, victor extitit una cum Francis, multis Saxonibus interfectis; volente Deo inlesus remeavit ad genitorem suum in Wormatiam civitatem. Ibi inito consilio cum Francis, ut iterum hieme tempore iter fecisset supradictus

zetű anyja, Berhtrada, július 12-én. Maga pedig Herstalban állapodott meg telelésre, és ott ünnepelte az Úr születését és a szent húsvétot.

## 784.

**ALM** És ekkor a szokott módon ismét fellázadtak a szászok, és velük együtt a frízek egy része. Ezért hát Károly király úr felvonulva Lippehamnál átkelt a Rajnán, és megtámadta Szászországot, körbejárva és pusztítva, egészen addig, míg elért Hockelevéig. Ott, mivel rendkívüli árvizek voltak, tanácsot ülve arra jutott, hogy Thüringián át, kelet felől nyomul be az osztfálok ellen, fiát pedig, Károly urat a vesztfálok ellen küldi csapatával; ez így is történt. Károly király úr Thüringián át az Elba folyóig vonult, és innen Steinfurtig, és innen Schöningenig; s ott gyűlést tartva a fent említett dicső király visszatért Frankföldre.

A vesztfálok pedig a Lippénél akartak összegyűlni. Ezt hallván Károly király fent említett fia a Dragini nevű faluban<sup>61</sup> eléjük vágott a csapattal, melyet vele küldtek, és csatába bocsátkoztak. Az Úr segedelmével Károly úr, a nagy Károly király fia lett a győztes frankjaival együtt, sok szász megölve. Isten akaratából sértetlenül ment vissza apjához Worms városába. S ott tanácsot ülve a frankokkal arra jutott, hogy a fent említett úr a télidő ellenére

---

61 Dreingau



domnus rex in Saxoniam; quod ita et factum est. Et celebravit natalem Domini iuxta Skidrioburg in pago Waizzagawi super fluvium Ambra in villa Liuhidi. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Cum primum oportunitas temporis advenit, ad reliquias belli Saxonici conficiendas rex animo intento cum exercitu in loco, qui Lippeham vocatur, Rhenum traiecit et vastatis Westfalaorum pagis venit ad Wisuram. Cumque in eo loco, qui Huculbi dicitur, castris super fluvium positus consedisset, vidit se in aquilonaes Saxoniae partes, sicut statuerat, propter nimias aquarum inundationes, quae tum subito ex iugitate pluviarum acciderant, transire non posse. Idcirco iter in Thuringiam convertit et filium suum Karlum cum parte exercitus in Westfalaorum finibus sedere iussit. Ipse per Thuringiam iter faciens venit in campestria Saxoniae, quae Albi atque Salae fluminibus adiacent, depopulatisque orientalium Saxonum agris ac villis incensis de Scahningi – hoc loco nomen erat – in Franciam regressus est.

Karlus vero filius eius, cum ei iter agenti in pago Draigni iuxta Lippiam fluvium Saxonum occurrisset exercitus, commisso cum eis equestri proelio felici ac prospero eventu dimicavit; nam magno eorum numero interfecto, ceteris in diversa fugatis victor ad patrem Wormaciam reversus est. Rex autem congregato iterum exercito in Saxoniam profectus est celebratoque in castris natalicio Domini die super Ambram fluvium in pago Huettageo iuxta castrum Saxonum, quod dicitur Skidroburg, ad locum vocabulo Rimi, in quo Wisura et Waharna confluunt, populabundus acces-

ismét Szászországba megy; ez így is történt. És az Úr születését a weissgaui Schieder mellett, az Emmer folyón túl, Lügde birtokon ünnepelte. És az esztendőök száma 785-re változott.

**AQDE** Amint lehetőséget adott rá az időjárás, a király a szász háború hátralevő műveleteinek befejezésére összpontosított; seregével átkelt a Rajnán a helyen, melyet Lippehamnak hívnak, és a vesztfálok falvait feldúlva a Weserhez vonult. S mikor azon a helyen, melyet Huculbinak hívnak, a folyónál tábort verve megállapodott, látta, hogy a rendkívüli áradások miatt, amely a hirtelen szakadatlan bőséggel lezúduló záporokból támadtak, nem tud átkelni, amint tervezte, Szászország északi részére. Ezért hát Thüringia felé vette útját, és megparancsolta fiának, Károlynak, hogy a hadsereg egy részével a vesztfálok határaiban táborozzon le. Maga Thüringián át vonulva a szász síkságra jutott, amely az Elba és a Saale folyónál fekszik, s a keleti szászok földjeit feldúlva, falvait felgyújtva Schaningiből – ez volt a hely neve – visszatért Frankföldre.

Fia, pedig, Károly, miközben Dreingau falu felé vonult, a Lippe mellett egy szász haddal találkozott szembe; lovasütközetbe bocsátkozva szerencsésen és jó eredménnyel vette fel velük a harcot. Miután ugyanis nagyszámú harcosukat megölték, a többi pedig mindenfelé szétszórták, győztesként tért vissza apjához Wormsba. A király pedig, újra összegyűjtve seregét, Szászországba indult, s miután a táborban ünnepelte meg az Úr születésének napját, dúlásra készen az Emmer folyónál, Huettago faluban, a

sit. Cumque eum ulterius progredi tam hiemalis temporis asperitas quam aquarum inundatio prohiberet, Eresburgum castrum in hiberna concessit.

## DCCLXXXV.

**ALM** Tunc domnus rex Carolus supradictum dictum iter peragens usque ad Rimee pervenit super fluvium Wisora, ubi confluit Waharna. Et propter nimiam inundationes aquarum inde reversus est Eresburgum ; uxorem suam domnam Fastradanem reginam una cum filiis et filiabus suis ad se venire iussit. Ibi tota hieme residens et ibi pascha iam fatus excellentissimus rex celebravit. Et dum ibi resideret, multotiens scaras misit et per semetipsum iter peregit; Saxones, qui rebelles fuerunt, depraedavit et castra cepit et loca eorum munita intervenit et vias mundavit, ut dum tempus congruum venisset. Sinodum vero publicum tenuit ad Paderbrunnen; et inde iter peragens vias apertas nemini contradicente per totam Saxoniam, quocumque voluit. Et tunc in Bardengawi venit ibique mittens post Widochindum et Abbionem et utrosque ad se conduxit et firmavit, ut non se subtrahissent, nisi in Francia ad eum pervenissent; petentibus illis, ut credentias haberent, quod inlaesi fuissent, sicut et factum est. Tunc domnus Carolus rex reversus est in Franciam et mittens ad supradictos Widochindum et Abbionem obsides per missum suum Amalwinum; qui cum recepissent obsides, illos secum de-

Skidroburg nevű<sup>62</sup> szász erőd melletti helyre vonult, a Rimi nevű helyre,<sup>63</sup> ahol a Weser és a Warne egyesülnek. S mivel a kemény téli idő és az áradások megakadályozták, hogy továbbnyomuljon, Eresburg várában állapodott meg téli szállásra.

## 785.

**ALM** Ekkor Károly király úr, folytatva a fent leírt utat, eljutott Rehmeig, a Weser folyónál, ahol egyesül a Warnéval. És a rendkívüli áradások miatt visszafordult innen Eresburgba; feleségét, Fastrada úrnőt fiaival és lányaival együtt magához rendelte. Itt lakva egész télen a húsvétot is itt ünnepelte meg a már mondott hírneves király. És míg itt lakott, sokszor küldött ki csapatokat, és maga is útra kelt: a szászokat, akik ellenálltak, kirabolta, váraikat bevette, erődített helyeikre betört, és megtisztította az utakat, amíg eljön az alkalmas idő. Nyilvános gyűlést Paderbornban tartott; és innen szabad útja volt egész Szászországon át, ahová csak menni akart; senki sem szegült ellene. És ekkor Bardengauga ment, s ott elküldött Widukindért és Abbióért: mindkettőt maga elé rendelte, és biztosította őket, hogy nem tudják kihúzni magukat a bajból, csak ha Frankföldön a színe elé járulnak. Erre ők azt kérték, hogy adjon biztosítékokat, hogy sértetlenek maradnak, ahogy aztán történt is. Ekkor Károly király úr visszatért Frankföldre, és küldöttje, Amalwin útján túsokat küldött a fent említett Widu-

---

62 Schieder

63 Rehme

ducentes et coniunxerunt se ad Attiniacum villa ad domnum regem Carolum. Et ibi baptizati sunt supranominati Widochindus et Abbi una cum sociis eorum; et tunc tota Saxonia subiugata est. [Coniuratio Hardradi et orientalium Francorum, qua contra regem conspiraverant, deprehensa est, et auctores eius partim morte, partim exilio damnati sunt.]<sup>12</sup>

Et in eadem villa celebravit saepedictus gloriosus rex natalem Domini et pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in **AQDE** Cum ibi hiemare decrevisset, accitis atque adductis ad se uxore ac liberis relictoque cum eis in eodem castro satis fido ac firmo praesidio ipse cum expedita manu ad Saxonum pagos vastandos ac villas diripiendas egressus inquietam satis hiemem ubique discurrendo et cuncta caedibus atque incendiis permiscendo tam per se ipsum quam per duces, quos miserat, Saxonibus reddidit. Cumque huiusmodi vastationibus per totum hiberni temporis spatium omnes fere Saxonum regiones ingenti clade adfecisset, transacta tandem hieme et advectis ex Francia comitatibus publicum populi sui conventum in loco, qui Padrabrunno vocatur, more solemnibus habuit. Ac peractis his, quae ad illius conventus rationem pertinebant, in pagum vocabulo Bardengoo proficiscitur ibique audiens Widokindum ac Abbionem esse in Transalbiana Saxonum regione primo eis per Saxones, ut omnia perfidia ad suam fidem venire non ambigerent, suadere coepit. Cumque ipsi facinorum suorum sibi con-

---

12 Adduntur haec verba in recensione D.

kindnak és Abbiónak. Mikor ezek megkapták a túszokat, magukkal vitték őket, és Attignyben csatlakoztak Károly király úrhoz. És a fent megnevezett Widukind és Abbi megkeresztelkedtek ott társaikkal együtt; és ekkor egész Szászország meghódolt. [Hardrad és a keleti frankok összeesküvését, mellyel a király ellen szervezkedtek, leleplezték, és résztvevőit részben halálra, részben száműzésre ítélték.]<sup>64</sup>

És ugyane városban ünnepelte a már sokszor említett dicső király az Úr születését, s hasonlóképp a húsvétot. És az esztendőök száma 786-ra változott.

**A Q D E** Miután eldöntötte, hogy ott telet, oda hívva és odahozatva magához feleségét és gyermekeit, majd elég hű és erős őrséggel a várban hagyva őket, maga pedig egy csapatot felszerelve kivonult, hogy feldúlja a szászok falvait, kirabolja birtokaikat. Maga és vezérei, akiket kiküldött, mindenfelé portyázva és mindent elborítva öldökléssel és gyújtogatással, elég zaklatott telet okozott a szászoknak. S miután így portyázva a teljes téli időszak folyamán szinte minden szász vidéken hatalmas károkat okozott, végül a tél elmúltával s miután Frankföldről odaszállították az ellátmányt, ünnepélyesen nyilvános gyűlést tartott népe számára azon a helyen, melyet Padrabrunnumnak hívnak. Végezve mindazzal, ami e gyűlésre tartozott, a Bardengoum nevű faluba indul, s ott, meghallva, hogy Widukind és Abbio a szászok Elbán túli vidékén vannak, először szász közvetítőkön át biztatta őket, hogy ne habozzanak hitszegésüket elhagyva az iránta való hűségre térni.

---

64 Csak a D kódex hozza.

scii regis fidei se committere dubitarent, tandem accepta ab eo, quam aptabant, impunitatis sponsione atque impetratis, quos sibi dari praecabantur, suae salutis obsidibus, quos eis Amalwinus, unus aulicorum, a rege missus adduxerat, cum eodem ipso ad eius praesentiam in Attiniaco villa venerunt atque ibi baptizati sunt. Nam rex, postquam ad eos accersiendos memoratum Amalwinum direxit, in Franciam reversus est; quievitque illa Saxonicae perfidiae pervicacitas per annos aliquot ob hoc maxime, quoniam occasiones deficiendi ad rem pertinentes invenire non potuerunt.

Facta est eodem anno trans Rhenum apud orientales Francos adversus regem inmodica coniuratio, cuius auctorem Hardradum comite fuisse constabat. Sed huius indicium cito ad regem delatum est, eiusque sollertia tam valida conspiratio citra ullum grande periculum in brevi conquievit, auctoribus eius partim privatione luminum partim exilii deportatione condemnatis.

## DCCLXXXVI.

**ALM** Tunc domnus Carolus rex misit exercitum suum partibus Britanniae una cum misso suo Audulfo sinescalco; et ibi multos Brittones conquesierunt una cum castellis et firmitates eorum locis palustribus seu et in caesis. Et sicut supra diximus, in multis firmitatibus Brittonum praevaluerunt Franci et cum victoria Domino volente reversi sunt et capitaneos eorum ad synodum repraesentabant supradicto domno rege in WORMATIAM.

Mikor pedig ezek bűneik tudatában kételkedtek benne, hogy rábízhatják-e magukat a király adott szavára, végül büntetlenségükre zálogot kérve és kapva tőle, kieszközölték az épségük fejében kért túszoikat, akiket a király által küldött Amalwin, egyik udvari embere vezetett eléjük. Ekkor vele együtt a király jelenléte elé, Attignybe mentek, és ott megkeresztelkedtek. A király viszont, miután elküldte az említett Amalwint értük, visszatért Frankföldre; s néhány évre elnyugodott a szászok makacs hűtlensége, leginkább amiatt, hogy nem találhattak megfelelő alkalmat az elpártolásra.

Nem jelentéktelen összeesküvés történt ugyanebben az évben a Rajnán túl, a keleti frankok közt a király ellen; ismert, hogy ennek szervezője Hardrad gróf volt. Ám gyorsan feljelentették a királynál, s annak okossága révén még ez a nagy összeesküvés is minden komolyabb veszedelem nélkül elcsendesedett, miután szervezőit részben szemük világának elvesztésére, részben száműzetésbe való toloncolásra ítélték.

## 786.

**ALM** Ekkor Károly király úr Britannia vidékére küldte seregét küldöttjével, Audulf szenesállal együtt, és sok bretont igáztak le ott, mocsaras helyeken és irtásokon épült váraikkal és erődjeikkel együtt. És amint fentebb elmondtuk, sok breton erődítménynél a frankok kerekedtek felül, és az Úr akarata szerint győzelemmel tértek haza, és a bretonok vezéreit bemutatták a fent mondott király úrnak a gyűlésen, Wormsban.



Tunc domnus rex Carolus praespiciens, se ex omni parte Deo largiente pacem habere, sumpsit consilium orationis causae ad limina beatorum apostolorum iter peragendi et causas Italicas disponendi, et cum missis imperatoris placitum habendi de convenientiis eorum; quod ita factum est. Tunc suprascriptus domnus rex natalem Domini celebravit in Florentia civitate. Et inmutavit se numerus annorum in

**A Q D E** Cum et hiemis tempus expletum et sanctum pascha in Atiniaco villa fuisset a rege celebratum, exercitum in Britanniam cismarinam mittere constituit. Nam cum ab Anglis ac Saxonibus Britannia insula fuisset invasa, magna pars incolarum eius mare traiciens in ultimis Galliae finibus Venetorum et Coriosolarum regiones occupavit. Is populus a regibus Francorum subactus ac tributarius factus inpositum sibi vectigal licet invitus solvere solebat. Cumque eo tempore dicto audiens non esset, missus illuc regiae mensae praepositus Audulfus perfidae gentis contumaciam mira celeritate compressit regique apud Wormaciam et obsides, quos acceperat, et complures ex populi primoribus adduxit.

Rex pace undique parta statuit Romam proficisci et partem Italiae, quae nunc Beneventus vocatur, adgredi conveniens esse arbitratus, ut illius regni residuam portionem suae potestati subiceret, cuius caput in capto Desiderio rege maioremque partem in Langobardia iam subacta tenebat. Nec diu moratus, sed contractus celeriter Francorum copiis in ipsa hiemalis temporis asperitate Italiam ingreditur. Cumque in Florentia Tuscorum civitate natalem Domini celebrasset, quanta potuit celeritate Romam ire contendit.

Ekkor Károly király úr, látva, hogy Isten bőkezűségéből mindenfelől béke veszi körül, tanácskozást tartott, arra jutva: útra kel, hogy imádkozzon a szent apostolok küszöbénél, elrendezze Itália ügyeit, és tárgyaljon a császár küldöttjeivel egy egyezményről – és így is lett. Akkor a fent nevezett király úr az Úr születését Firenze városában ünnepelte. És az esztendőik száma 787-re változott.

**AQDE** Miután véget ért a téli időszak és a király is megünnepelte Attignyben a szent húsvétot, úgy határozott, hogy sereget küld a tengeren inneni Britanniába.<sup>65</sup> Amikor ugyanis az angolok és szászok megszállták Britannia szigetét, annak lakosai nagyrészt átkeltek a tengeren, és Gallia peremvidékén elfoglalták a venétek és coriosoliták területeit. Miután e népet leigázták a frank királyok és adófizetővé tették, a rájuk rótt adót, noha kelleetlenül, de rendszeresen beszolgáltatták. S mikor ebben az időben nem hallgattak a szóra, Audulf királyi asztalnok, akit odaküldtek, bámulatos gyorsasággal letörte a hitszegő nép nyakasságát, a túszoikat, akiket kapott, és sokakat a nép előkelői közül is a király elé vezetve Wormsban.

Miután mindenfelől békét teremtett, a király úgy határozott, hogy Rómába utazik, és Itáliának azt a részét, melyet most Beneventónak hívnak, megtámadja; úgy vélte, illő lenne egy olyan ország fennmaradó részét is hatalma alá vetni, melynek fejét – a fogoly Desideriust – illetve nagyobb részét, Langobardiát már hatalmában tartja. Nem sokáig késlekedett, hanem frank csapatait

---

65 Azaz Bretagne-ba.

Quo cum venisset ac de profectione sua in Beneventum tam cum Adriano pontifice quam cum suis optimatibus deliberasset, Araginus dux Beneventanorum audito eius adventu comperaque in terram suam intrandi voluntate propositum eius avertere conatus est. Misso enim Rumoldo maiore filio suo cum muneribus ad regem rogare coepit, ne terram Beneventanorum intraret. Sed ille longe aliter de rebus inchoatis faciendum sibi iudicans retento secum Rumoldo cum omni exercitu suo Capuam Campaniae civitatem accessit ibique castris positus con-sedit, inde bellum gesturus, ni memoratus dux intentionem regis salubri consilio praevenisset. Nam relicta Benevento, quae caput illius terrae habetur, in Salernum maritimam civitatem velut munitiorem se cum suis contulit missaque legatione utrosque filios suos regi obtulit, promittens se ad omnia, quae imperarentur, libenter oboediturum. Cuius precibus rex adnuens divini etiam timoris respectu bello abstinuit et minore ducis filio nomine Grimoldo obsidatus gratia suscepto maiorem patri remisit. Accepit insuper a populo obsides undecim misitque legatos, qui et ipsum ducem et omnem Beneventanum populum per sacramenta firmarent. Ipse post haec cum legatis Constantini imperatoris, qui propter petendam filiam suam ad se missi fuerant, locutus est atque illis dimissis Romam reversus sanctum paschale festum magna cum hilaritate celebravit.

gyorsan összevonva a kemény téli időjárás ellenére megindult Itália felé. S miután a tusciai Firenze városában megünnepelte az Úr születését, amilyen gyorsan tudott, igyekezett elérni Rómát.

Miután odaért, és Beneventóba való indulásáról mind Adorján pápával, mind saját előkelőivel döntést hozott, Aragis beneventói herceg, hallván érkezéséről és értesülve szándékáról, hogy az ő földjére lép, megpróbálta eltéríteni tervétől. Ajándékokkal elküldve ugyanis a királyhoz nagyobbik fiát, Rumoldot, kérlelni kezdte, hogy ne lépjen a beneventóiak földjére. Ám az, teljesen másképp gondolkodva megkezdett vállalkozása megvalósításáról, visszatartva magánál Rumoldot egész seregével a campaniai Capua városához vonult, s ott tábornok verve megállapodott, arra készülve, hogy onnan visel hadat – ha az említett herceg nem előzte volna meg mentő ötletével a király szándékát. Elhagyva ugyanis Beneventót, amely a fővárosnak számított, a megerősítettebb, tengerparti Salerno városába húzódott vissza övéivel, s követséget küldve mindkét fiát felajánlotta a királynak, megígérve, hogy készségesen engedelmeskedik minden parancsának. Az, kérésére rábólintva és az istenfélelemre való tekintettel tartózkodott a háborútól, és a herceg kisebbik fiát, név szerint Grimoldot túszként elfogadva az idősebbiket visszaküldte apjához. Szedett ezen felül a köznépből is tizenegy túszt, és követeket küldött, hogy magát a herceget és az egész beneventói népet is esküvel szilárdítsák meg ígéretükben. Maga ezek után Konstantin császár követeivel – akiket leánya megkérése végett küldtek hozzá – tartott megbeszélést, s elbocsátva őket, visszatért Rómába, ahol nagy örömmel ülte meg húsvét szent ünnepét.

**DCCLXXXVII.**

**ALM** Tunc domnus rex Carolus supradicto itinere ita peragens Romam venit et valde honorifice a domno apostolico Adriano receptus est; et aliquod dies ibi moratus est cum domno apostolico. Et Arighis dux Beneventanus misit Romaldum filium suum cum magnis muneribus, postolare de adventu iamdicti domni regis, ut in Benevento non introisset, et omnes voluntates praefati domni regis adimplere cupiebat. Sed hoc minime apostolicus credebat neque obtimates Francorum, et consilium fecerunt cum supranominato domno Carolo rege, ut partibus Beneventanis causas firmando advenisset; quod ita factum est. Et dum Capuam venisset, Areghisus dux reliquid Beneventum civitatem et in Salernum se reclusit; et timore perterritus non fuit ausus per semet ipsum faciem domni regis Caroli videre. Sed mittens missos et ambos filios suos proferens, id est Rumaldum, quem domnus Carolus rex secum habebat, et Grimoaldum, quem supradictus Areghis secum retinebat; et offerens multa munera et alios obsides, ut petitionem eius obtemperasset. Tunc domnus ac gloriosus Carolus rex praespexit una cum sacerdotibus vel ceteris obtimatibus suis, ut non terra deleteretur illa et episcopia vel monasteria non desertarentur, elegit XII obsides et tertium decimum filium supradicti ducis nomine Grimoaldum. Et accepta munera iuraverunt omnes Beneventani, tam supradictus dux quam et Rumaldus. Et reversus est sepenominatus piissimus rex et celebravit pascha cum domno apostolico in Roma.

## 787.

**ALM** Ekkor Károly király úr a fent leírt utat így megtéve Rómába érkezett, és az apostolutód, Adorján úr igen megtisztelően fogadta; és néhány napot ott töltött az apostolutód úrral. És Arighis beneventói herceg nagy ajándékokkal elküldte fiát, Romaldot, hogy kérlelje a már említett király urat, hogy ne vonuljon be Beneventóba, és szeretné az említett király úr minden akaratát teljesíteni. Ám az apostolutód a legkevésbé sem hitte ezt el, sem a frank előkelők, és a fentnevezett Károly király úrral tanácskozva az a döntés született, hogy – megszilárdítandó a beneventói vidék helyzetét – vonuljon be oda; és így is történt. És mikor Capuába érkezett, Areghis herceg elhagyta Benevento városát és Salernóba zárkózott; és a félelemtől bénultan nem merészelt magától Károly király úr tekintete elé kerülni, hanem követeket küldött és följajánlotta mindkét fiát, azaz Rumaldot, aki Károly király úrnál volt már, és Grimoaldot, akit magánál tartott a fent mondott Areghis, följajánlva sok ajándékot és további túsokat, hogy támadását mérsékelje. Akkor Károly úr, a dicső király papjaival és többi főemberével együtt úgy látta jónak, hogy ne pusztítsák el azt a földet és püspökségeit, illetve kolostorait se néptelenítsék el: kiválasztott tizenkét túszt, és tizenharmadiknak a fent mondott herceg Grimoald nevű fiát. És ajándékozás után letette az esküt az összes beneventói, úgy a fent mondott herceg, mint Rumald is. És visszafordult a gyakran nevezett istenfelő király, és az apostolutód úrral ünnepelte a húsvétot Rómában.

Ibique venientes missi Tassiloni ducis, hii sunt Arnus episcopus et Hunricus abba, et petierunt apostolicum, ut pacem terminaret inter domnum Carolum regem et Tassilonem ducem. Unde et domnus apostolicus multum se interponens, postolando iamdicto domno rege. Et ipse domnus rex respondit apostolico, hoc se voluisse et per multa tempora quaesisse, et minime invenire potuit; et proferebat statim fieri. Et voluit supradictus domnus rex in praesentia domni apostolici cum ipsis missis pacem firmare; et rennuentibus supradictis missis, quia non ausi fuissent de eorum parte ullam firmitatem facere. Apostolicus vero cum cognovisset de instabilitate vel mendatia eorum, statim supra ducem eorum vel suis consentaneis anathema posuit, si ipse sacramenta, quae promiserat domno Pippino regi et domno Carolo itemque regi, non adimpleret. Et obtestans supradictos missos, ut contestarent Tassilonem, ut non aliter fecisset, nisi in omnibus oboediens fuisset domno regi Carolo et filiis eius ac genti Francorum, ut ne forte sanguinis effusio provenisset vel lesio terrae illius; et si ipse dux obdurato corde verbis supradicti apostolici minime oboedire voluisset, tunc domnus Carolus rex et suus exercitus absoluti fuissent ab omni periculo peccati, et quicquid in ipsa terra factum eveniebat in incendiis aut in homicidiis vel in quaecumque malitia, ut hoc super Tassilonem et eius consentaneis evenisset et domnus rex Carolus ac Franci innoxii ab omni culpa exinde permansissent. Haec verba expleta, missi Tassiloni absoluti sunt. Et tunc in invicem sibi domnus apostolicus atque domnus gloriosus rex Carolus valedicentes, benedictione adsumpta oratione peracta Franciam iamdictus praecelsus rex reversus est.

Ugyanide érkeztek Tassilo herceg küldöttjei, azaz Arno püspök és Hunric apát, és kérték az apostolutódot, hogy teremtsen békét Károly király úr és Tassilo herceg között. Ekkor az apostolutód úr is határozottan közbeavatkozott, kérve ezt a már mondott királytól. A király úr pedig azt válaszolta az apostolutódnak, hogy maga is ezt akarná és sok ideje törekszik már erre, és a legkevésbé sem találta meg a módját – és kijelentette, hogy tüstént így is lesz a dolog. És úgy akarta a fent mondott király úr, hogy az apostolutód úr jelenlétében erősíti meg a békét magukkal a küldöttekkel; és a fent mondott küldöttek nemet mondtak erre, mivel saját nevükben nem mertek semmilyen biztosítékot adni. Az apostolutód pedig, miután tudomást szerzett állhatatlanságukról avagy hazudozásukról, tüstént kiátkozás alá helyezte hercegüket és a vele egyetértőket, ha nem tesz eleget az ígéreteknek, melyeket Pippin király úrnak és Károly úrnak illetve királynak eskü alatt tett. És tanúul hívta a fent mondott küldötteket, hogy tanúsítsák Tassilónak: bizony így fog cselekedni, hacsak nem lesz mindenben engedelmes Károly király úrnak, fiainak és a frankok népének, hogy ne essen vérontás vagy e föld háborítása. És ha maga a herceg, megkeményítve szívét, nem akarna hallgatni a fent mondott apostolutód szavaira, akkor Károly király urat és seregét felmenti a vétek minden veszélyétől, és akkor bármi történjék azon a földön, gyűjtogatás, emberölés vagy bármilyen gonoszság, az Tassilót és a vele egyetértőket fogja terhelni, míg Károly király úr és a frankok innentől kezdve ártatlanok maradnak minden büntől. Miután e szavakat elmondta, Tassilo küldöttjeit elbocsátották. És ekkor, miután az apostolutód úr és a dicsőséges Károly király úr



Et pervenit idem mitissimus rex ad coniugem suam domna Fastradane regina in civitate Wormatia; et ibi ad invicem gaudentes et laetificantes ac Dei misericordiam conlaudantes. Synodum namque congregavit suprascriptus domnus rex ad eandem civitatem; sacerdotibus suis et aliis obtimatibus nuntiavit, qualiter omnia in itinere suo peragebantur. Et cum venisset ad hoc locum, quod omnia explanasset de parte Tassilonis, sicut actum erat, tunc prespiciens idem rex, ut missos mitteret, et iussit Tassiloni, ut omnia adimpleret secundum iussionem apostolici, vel sicut iustitia erat: eo quod sub iureiurando promissum habebat, ut in omnibus oboediens et fidelis fuisset domno rege Carolo et filiis eius vel Francis et veniret ad eius praesentiam; quod rennuit et venire contempsit. Tunc domnus rex Carolus una cum Francis videns iustitiam suam, iter coepit peragere partibus Baioariae cum exercitu suo, et per semet ipsum venit in loco, ubi Lechfeld vocatur, super civitatem Augustam. Et iussit alium exercitum fieri, id est Franci Austrasiorum, Toringi, Saxones, et coniungere super Danubium fluvium in loco, qui dicitur Faringa. Et tertium exercitum iussit fieri partibus Italiae, ut domnus Pippinus rex venisset usque ad Trianto cum exercitu suo et ipse ibi maneret et exercitum suum pleniter in ante mitteret usque ad Bauzanum. Tunc praespiciens se Tassilo ex omni parte esse circumdatum et videns, quod omnes Baioarii plus essent fideles domno rege Carolo quam ei et cognovissent iustitiam iamdicti domni regis et magis voluissent iustitiam consentire quam contrarii esse, undique constrictus Tassilo venit per semetipsum, tradens se manibus in manibus domni regis Caroli in vassaticum et reddens

kölcsonösen búcsút mondott, áldást fogadva és imádságot elvégezve visszatért Frankföldre a már mondott felséges király.

És a kegyességes király Worms városába ment feleségéhez, Fastrada úrnőhöz; és ott örvendeztek és megvidámították egymást, magasztalva Isten szívének irgalmasságát. Gyűlést is összehívott e városba a fent nevezett király úr; tudatta papjaival és többi főemberével, mi mindent végzett útján. És miután érkezett oda, hogy mindent elmondjon Tassilóval kapcsolatban, amit történt, akkor a király úgy látta jónak, hogy küldötteket küldjön, és megparancsolta Tassilónak, hogy tegyen eleget mindennek, amit parancsolt az apostolutód, vagy amint az jogos lenne: mivel eskü alatt ígérte, hogy mindenben engedelmes és hű lesz Károly király úrhoz és fiaihoz, valamint a frankokhoz, és jelenléte elé járul. Ezt ő visszautasította, és nem érdemesítette arra, hogy eljöjjön. Ekkor Károly király úr a frankokkal együtt, gondot viselve saját jogaira, útnak indult seregével Bajorország vidékeire, és maga is megérkezett a helyre, melyet Lechfeldnek hívnak, Augsburg városa mellett. És elrendelte egy másik sereg létrehozását austrasiai frankokból, thüringiaiakból, szászokból, hogy találkozzanak a Duna mellett egy helyen, melyet Faringának mondanak.<sup>66</sup> És elrendelte egy harmadik sereg létrehozását Itáliában, hogy Pippin király úr vonuljon Trentig seregével, és maga maradjon ott, és teljes seregét küldje előre Bolzanóig. Ekkor Tassilo, átlátva, hogy minden oldalról körülvették, és látva, hogy az egész bajor nép inkább hű Károly király úrhoz, mint őhozzá, és elismerik a már mondott király úr

---

66 Pfürring

ducatum sibi commissum a domno Pippino rege, et recredidit se in omnibus peccasse et male egisse. Tunc denuo renovans sacramenta et dedit obsides electos XII et tertium decimum filium suum Theodonem. Receptis obsidibus vel sacramenta tunc reversus est praefatus gloriosus rex in Franciam. Et celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur Ingilenhaim, similiter et pascha. Et inmutavit se numerus annorum in

**A Q D E** Cum adhuc rex Romae ageret, Tassilo dux Baioariae misit legatos suos, Arnum videlicet episcopum et Hunricum abbatem, ad Adrianum papam, petens, ut inter regem atque illum mediator pacis fieri dignaretur. Nec pontifex precibus eius censuit abnuendum, sed quanta potuit instantia apud regem intercedere curavit, ut inter eos pax et concordia ex suae apostolicae auctoritatis ammonitione atque interventione proveniret. Cui cum rex idem se magnopere velle respondisset simulque a legatis memorati ducis inquireret, quam huius pacationis firmitatem facere deberent, responderunt sibi de hac re nihi esse commissum nec se de hoc negotio aliud facturos, quam ut responsa regis atque pontificis domino suo reportarent. Quorum verbis papa commotus velut fallaces ac fraudulentos anathematis gladio statuit feriendos, si ab olim regi promissa fide discerent, atque ita infecto pacis negotio reversi sunt. Rex autem adoratis sanctorum apostolorum liminibus votisque solutis apostolica benedictione percepta in Franciam reversus est.

Et cum uxorem suam Fastradam filiosque ac filias et omnem comitatum, quem apud eos dimiserat, Wormaciae invenisset, generalem populi sui conventum ibi haberes tatuit. In quo cum

jogait és inkább akarnának e jogokkal egyetérteni, mint szembeszegülni: mindenfelől szorongatva Tassilo maga járult elé, kezét Károly király úr kezei közé téve vazallusának adta magát, és átadva a Pippin király úr által rábízott hercegséget, elismerte, hogy mindenben vétkezett és rosszul cselekedett. Ekkor esküit ismét megújítva tizenkét kiválasztott túszt is adott, és tizenharmadiknak saját fiát, Theodót. Miután a túszoikat megkapta és esküjét vette, az említett dicső király visszatért Frankföldre. És az Úr születését azon a helyen ünnepelte, melyet Ingilenhaimnak mondanak, hasonlóképp a húsvétot is. És az esztendőök száma 788-ra változott.

**AQDE** Még Rómában intézte az ügyeket a király, amikor Tassilo bajor herceg elküldte követeit, tudniillik Arno püspököt és Hunric apátot Adorján pápához, kérve őt, hogy méltóztasson a közte és a király közti béke közvetítője lenni. S nem is gondolta úgy a pápa, hogy meg kéne tagadni kérését, hanem amennyire csak tudott, közbenjárt kérésével a királynál, hogy – apostoli tekintélyének figyelemztetése és közbelépése révén – béke és egyetértés jöjjön létre közöttük. A király azt válaszolta neki, hogy nagyon is ezt szeretné ő is, egyszersmind megkérdezte az említett herceg követeitől, milyen biztosítékokat kell adniuk e megállapodásról. Azt felelték neki, hogy semmi megbízást nem kaptak e dologgal kapcsolatban, és nem is fognak semmit mást végezni az ügyben, mint hogy megvizszik uruknak a király és a pápa úr válaszát. Szavaiktól feldühödve a pápa kijelentette, hogy mint hazugokra és csalárdokra, lesújt rájuk a kiátkozás kardjával, ha letérnek a királynak egykor megígért hűségről, s így a béke ügyében dolguk végezetlen tértek haza. A király pedig, miután imádkozott a szent apostolok küszöbénél és beváltotta fogadalmait,

omnia, quae in Italia gesserat, coram optimatibus suis narrando commemorasset et ad extremum de legatis Tassilonis, qui ad se Romae venerant, mentio facta fuisset, iniit consilium, ut experiretur, quid Tassilo de promissa sibi fidelitate facere vellet, congregatoque ingenti exercitu atque in tres partes diviso Baioariam petere constituit. Cumque Pippinum filium cum Italicis copiis in Tredentinam vallem venire iussisset, orientales quoque Franci ac Saxones, ut iussi fuerant, ad Danubium in loco, qui Pferinga vocatur, accessissent, ipse cum exercitu, quam secum duxerat, super Lechum fluvium, qui Alamannos et Baioarios dirimit, in Augustae civitatis suburbano consedit, inde Baioariam cum tam valida manu procul dubio petiturus, nisi Tassilo sibi ac populo suo ad regem veniendo consuleret. Nam videns se undique circumsessum, venit supplex ac veniam de ante gestis sibi dari deprecatus est. Sed et rex, sicut erat natura mitissimus, supplici ac deprecanti pepercit acceptisque ab eo praeter filium eius Theodonem aliis, quos ipse imperavit, duodecim obsidibus et populo terrae per sacramenta firmato in Franciam reversus est. Et in suburbano Mogontiacense in villa, quae vocatur Ingilunheim, quia ibi hie-maverat, et natalem Domini et pascha celebravit.

apostoli áldásban részesülve visszatért Frankföldre.

És miután Wormsban találkozott feleségével, Fastradával, fiaival és lányjaival, valamint egész udvartartásával, amit velük hagyott, úgy határozott, hogy ott tart általános gyűlést népének. Ezen, miután előkelői előtt mindent elbeszélve felidézett, amit Itáliában végzett, és legvégül Tassilo követségéről is, amely Rómában jött hozzá, említés esett, tanácsot ülve arra jutott, hogy végére jár, mit szándékozik tenni Tassilo a neki ígért hűség ügyében; s roppant sereget gyűjtve, majd három részre osztva úgy rendelkezett, hogy induljanak Bajorországba. S miután fiának, Pippinnek megparancsolta, hogy itáliai csapatokkal vonuljon a trentói völgybe, a keleti frankok és szászok is, amint parancsba kapták, a Dunánál egy helyhez értek, melyet Pferringának mondanak,<sup>67</sup> maga a sereggel, melyet magával vitt, a Lech folyón túl, amely az alamannokat és bajorokat elválasztja, megállapodott Augsburg város alatt, és semmi kétség, hogy innen Bajorországra rontott volna ezzel az erős sereggel – ha úgy nem dönt Tassilo, hogy maga és népe a király elé járul. Látva ugyanis, hogy mindenfelől körülvették, könyörögve elé járult, és esedezett, hogy bocsánatot nyerjen korábbi tetteiért. Ám a király is, minthogy igen engedékeny természetű volt, megkímélte a könyörögve esedezőt, s fia, Theodo mellett tizenkét egyéb túszt szedve tőle és a föld népét esküvel biztosítva visszatért Frankföldre. És egy Mainz környéki birtokon, melyet Ingilunheimnek hívnak, mivel éppen ott telelt, ünnepelte meg az Úr születését és a húsvétot is.

---

67 Pförring

**DCCLXXXVIII.**

**ALM** Tunc dominus rex Carolus congregans synodum ad iamdictam villam Ingilenhaim, ibique veniens Tassilo ex iussione domni regis, sicut et ceteri eius vassi; et coeperunt fideles Baioarii dicere, quod Tassilo fidem suam salvam non haberet, nisi postea fraudulens apparuit, postquam filium suum dedit cum aliis obsidibus et sacramenta, suadente uxore sua Liutbergane. Quod et Tassilo denegare non potuit, sed confessus est postea ad Avaros transmississe, vassos supradicti domni regis ad se adortasse et in vitam eorum consiliasse; et homines suos, quando iurabant, iubebat, ut aliter in mente retinerent et sub dolo iurarent; et quid magis, confessus est se dixisse, etiamsi decem filios haberet, omnes voluisset perdere, antequam placita sic manerent vel stabile permetteret, sicut iuratum habuit; et etiam dixit, melius se mortuum esse quam ita vivere. Et de haec omnia conprobatu, Franci et Baioarii, Langobardi et Saxones, vel ex omnibus provinciis, qui ad eundem synodum congregati fuerunt, reminiscentes priorum malorum eius, et quomodo dominum Pippinum regem in exercitu derelinquens et ibi, quod theodisca lingua harisliz dicitur, visi sunt iudicasse eundem Tassilonem ad mortem. Sed dum omnes una voce adclamarent capitale eum ferire sententiam, iamdictus dominus Carolus piissimus rex motus misericordia ab amorem Dei, et quia consanguineus eius erat, contenuit ab ipsis Dei ac suis fidelibus, ut non moriretur. Et interrogatus a iamfato clementissimo domno rege praedictus Tassilo, quid agere voluisset; ille vero postolavit, ut licentiam haberet sibi tonsorandi et in monasterio

## 788.

**ALM** Ekkor Károly király úr gyűlést hívott össze a már említett Ingilenhaim birtokra; s a király úr parancsára eljött ide Tassilo is, amint többi vazallusa is. És a hűségés bajorok rákezdték, hogy Tassilo nem tartotta meg sértetlenül hűségét, hanem miután átadta fiát a többi tússzal és esküt tett, felesége, Liutberga sugallatára árulónak bizonyult. Ezt Tassilo sem tagadhatta, sőt, bevallotta, hogy miután követet küldött az avarokhoz, a fent mondott király úr vazallusait magához csábította és azt tervezte, hogy az életükre tör; és embereinek, amikor az eskütétel folyt, azt parancsolta, hogy tartsák meg hátsó szándékukat, és csalárdul esküdjenek; és ami még rosszabb, bevallotta, hogy kijelentette: még ha tíz fia lenne is, inkább akarná, hogy mind elveszen, mint hogy ez a megegyezés fennálljon vagy megszilárdulni hagyja, amint arra esküt tett; és azt is mondta, hogy jobb neki meghalni, mint így élni. És mindezekről megbizonyosodva a frankok, langobardok és szászok, illetve az összes tartományból e gyűlésre összesereglettek, felidézve korábbi gatzetteit, és hogy miképpen hagyta cserben Pippin urat a hadban már akkor, amit német nyelven *harisliznek* mondanak: úgy látták, hogy Tassilót halálra kell ítélni. Ám míg mindenki egy emberként kiáltott fel, hogy sújtsák halálos ítélettel, a már mondott Károly, a legistenfélőbb király, minthogy Isten szeretete irgalomra indította szívét, és mivel rokona volt annak, megakadályozta azokat, akik hűek voltak Istenhez és őhozá, hogy halálra adják. És a már említett nagy irgalmú király úr megkérdezte az előbb mondott Tassilót, hogy mit akarna tenni, ő pedig azt kérte, hogy hadd kapjon



introeundi et pro tantis peccatis paenitentiam agendi et ut suam salvaret animam.

Similiter et filius eius Theodo deiudicatus est et tonsoratus et in monasterio missus, et pauci Baioarii, qui in adversitate domni regis Caroli perdurare voluerant, missi sunt in exilio.

**AQDE** Romae Adriano defuncto Leo pontificatum suscepit et mox per legatos suos claves confessionis sancti Petri ac vexillum Romanae urbis cum aliis muneribus regi misit rogavitque, ut aliquem de suis optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem atque subiectionem per sacramenta

s miután a belharcokba bonyolódott kagánt, illetve jugurust saját alattvalóik ölték meg, ő elküldte Károly királynak aacheni palotájába a régi királyok sok évszázad bőségéből összegyűjtött kincstárát. Miután ezt megkapta, e nagy bölcsességű és bőkezűségű férfi, Isten kincstárnoka hálát adott Istennek, minden javak adományozójának, majd nagy részét innen Rómába, az apostolok küszöbéhez küldte kedvelt apátjával, Angilberttel; a fennmaradó részt pedig ezután klerikus és laikus előkelőinek, illetve többi hívének ajándékozta el.

Ugyanebben az évben a tudun ígérete szerint az avarok nagy részével együtt eljött a királyhoz, átadta magát népével és hazájával együtt a királynak: maga és a nép is megkeresztelkedett, és ajándékokkal megtisztelően elhalmozva tértek vissza.

A király, összegyűjtve seregeit, megtámadta Szászországot, fiát, Pippint, Itália királyát sereggel küldve Pannonia ellen. Követségei még Szászországban érték színe elé: az egyik azt közölte, hogy Pippin találkozott a kagánnal (akit az avarok maguk állítottak a korábbiak megölése után) és a többi előkelővel; a másik azt közölte, hogy Pippin seregével már birtokba vette a *hringust*. És a király úr, bejárva Szászországot, egész seregével visszahúzódott Galliába, és aacheni palotájában boldogan látta viszont Pannoniából visszatérő és a kincstár megmaradt részét odaszállító fiát, Pippint.

Ezután pedig ugyanott ünnepelte az Úr születését és a húsvétot. És az esztendők száma 797-re változott.

**AQDE** Rómában, miután Adorján meghalt, Leó lett a pápa, és hamarosan elküldte követei útján egyéb ajándékokkal együtt Szent Péter sírjának kulcsát és Róma városának zászlaját a királynak, s kérte őt, hogy küldjön valakit főemberei közül Rómába, aki es-



firmaret. Missus est ad hoc Angilbertus, abbas monasterii sancti Richarii; per quem etiam tunc ad sanctum Petrum magnam partem thesauri, quem Ericus dux Foroiuliensis spoliata Hunorum regia, quae hringus vocabatur, eodem anno regi de Pannonia detulerat, misit; reliquum vero inter optimates et aulicos ceterosque in palatio suo militantes liberali manu distribuit.

Atque his expletis ipse cum exercitu Francorum Saxoniam petiit, Pippinum vero filium suum cum Italicis ac Baioaricis copiis in Pannoniam ire iussit. Et ipse quidem Saxonia ex magna parte vastata ad hiemandum Aquasgrani revertitur; Pippinus autem Hunis trans Tizam fluvium fugatis eorumque regia, quae, ut dictum est, hringus, a Langobardis autem campus vocatur, ex toto destructa, direptis pene omnibus Hunorum opibus ad patrem Aquisgrani hiberna habentem venit ac spolia regni, quae secum detulit, eidem praesentavit.

Tudun etiam etiam ille, de quo superius mentio facta est, fidem dictis suis adhibens ibidem ad regem venit ibique cum omnibus, qui secum venerant, baptizatus ac remuneratus post datum servandae fidei sacramentum domum rediit; sed in promissa fidelitate diu manere noluit nec multo post perfidiae suae poenas dedit.

Rex vero, ut dictum est, Aquisgrani in hibernis considens ibi et natalem Domini et pascha more solito celebravit.

küvel erősítené meg Róma népét az ő iránti hűségében és alávettségben. E feladatra Angilbertet, a Szent Richarius-monostor apátját küldte el, akivel ugyanekkor elküldte Szent Péter elé nagy részét annak a kincsnek is, melyet Eric friuli herceg zsákmányolt a hunok királyi palotájából, melyet *hringus*nak hívnak, és ugyanabban az évben hozott meg a királynak Pannoniából; a többi részét pedig előkelői és udvari emberei, valamint a többi, palotájában katonáskodó embere között osztott szét bőkezűen.

Miután pedig ezek lezajlottak, maga egy frank sereggel rátört Szászországra, fiának, Pippinnek pedig megparancsolta, hogy itáliai és bajor csapatokkal Pannoniába menjen. És míg maga Szászország nagy részét feldúlva Aachenbe tér vissza telelésre, addig Pippin, a Tisza folyón túlra futamítva a hunokat, azok fejedelmi szállását, melyet ők *hringus*nak, a langobardok pedig *campus*nak mondanak, teljesen lerombolva, a hunok szinte minden javait elrabolva apjához ment, akinek Aachenben volt téli szállása, és az ország hadizsákmányát, amelyet magával hozott, neki mutatta be.

Ugyanott a tudun is, akiről fentebb esett említés, szavait hitelesítve a király elé járult s ott mindenkivel együtt, aki eljött vele, megkeresztelkedve és megajándékozva visszatért hazájába, miután megesküdött, hogy megtartja a hűséget. Ám az ígért hűségben sokáig megmaradni nem akart, s nem sokkal később megkapta hitszegése büntetését.

A király pedig, mint elhangzott, a télre Aachenben maradva a szokott módon ott ünnepelte mind az Úr születését, mind a húsvétot.

## DCCXCVII.

**ALM** Barcinona civitas Hispaniae, quae iam pridem a nobis desciverat, per Zatum praefectum ipsius nobis est reddita. Nam ipse ad palatium veniens domno regi semetipsum cum civitate commendavit.

Expeditio facta in Saxoniam, et usque ad oceanum trans omnes paludes et invia loca transitum est; et rex de Haduloha regressus – hoc enim loco nomen, ubi oceanus Saxoniam alluit – tota Saxonum gente in deditionem per obsides accepta trans Renum in Gallias reversus est.

Et in Aquis palatio Abdellam Sarracenum filium Ibin-Mauregis, qui a fratre regno pulsus in Mauritania exulabat, ipse semetipsum cominendante suscepit. Illuc et legatus Nicetae, qui tunc Siciliam regebat, nomine Theoctistus venit imperatoris epistolam portans; quem magnifice suscipiens post paucos dies absolvit.

Et Novembrio mense mediante ad hibernandum cum exercitu Saxoniam intravit positisque castris apud Wisoram fluvium locum castrorum Heristelli vocari iussit. Illuc legati gentis Avarorum cum muneribus magnis venerunt. Inde Abdellam Sarracenum cum filio suo Hludowico in Hispanias reverti fecit et filium suum Pippinum ad Italiam misit; ipse ad disponendam Saxoniam totum hiemis tempus impendens ibi natalem Domini, ibi pascha celebravit. Et inmutavit se numerus annorum in

## 797.

**ALM** A hispániai Barcelona városát, amely már korábban fellázadt ellenünk, Sa'dūn, annak előljárója visszaadta nekünk; ugyanis maga jött el a palotába, s ajánlotta fel a király úrnak magát városával együtt.

Hadi vállalkozást indított Szászországba, és minden mocsáron, úttalan tájakon egészen az óceánig hatolt át a király; viszontérve pedig Hadulohából<sup>80</sup> – ez ugyanis a neve a helynek, ahol az óceán mossa Szászország partját – tússzedéssel az egész szász népet megadásra bírta, és a Rajnán át visszatért Galliába.

Acheni palotájában fogadta a szaracén 'Abdulláht, ibn Mu'āwiya király fiát; miután saját fivére elűzte őt országából, száműzetésben élt Mauritániában, s önként ajánlotta magát szolgálatába. Ide érkezett Nikétász – aki akkor Sziciliát kormányozta – követe is, név szerint Theoktisztosz, a császár levelét hozva: nagy pompával fogadva néhány nap után bocsátotta el őt.

És november hónap közepén seregével Szászországba ment, hogy ott teleljen, majd tábort verve a Wesernél, elrendelte, hogy a tábor helyét Heristellinek hívják. Ide érkeztek az avar nép követei nagy ajándékokkal; innen küldte vissza a szaracén 'Abdulláht Hispániába saját fiával, Lajossal és fiát, Pippint Itáliába. Maga, hogy elrendezze Szászországot, az egész télidőt erre szánva itt ünnepelte meg az Úr születését, itt a húsvétot. És az esztendőik száma 798-ra változott.

---

80 Hadeln

**A Q D E** Barcinona civitas in limite Hispanico sita, quae alternante rerum eventu nunc Francorum nunc Sarracenorum dicioni subiciebatur, tandem per Zatum Sarracenum, qui tunc eam invaserat, regi reddita est. Nam is aestatis initio Aquisgrani ad regem venit seque cum memorata civitate spontanea deditone illius potestati permisit.

Qua recepta rex filium suum Hludovicum ad obsidionem Oscae cum exercitu in Hispaniam misit et ipse more solito propter contundendam perfidae gentis contumaciam Saxoniam vastaturus intravit. Nec prius destitit, quam omnes terminos eius peragrasset; nam usque ad ultimos fines eius, qua inter Albim et Wisuram oceano alluitur, accessit.

Inde regressus cum Aquasgrani venisset ibique Abdellam Sarracenum, filium Ibin-Mauge regis, de Mauritania ad se venientem suscepisset legatumque Nicetae patricii, qui tunc Siciliam procurabat, nomine Theoctistum litteras imperatoris de Constantinopoli missas deferentem audisset, consilium iniit, ut propter conficiendum Saxonicum bellum in ipsa regione hie-maret.

Sumpto igitur secum comitatu suo Saxoniam petiit castrisque super Wisuram positus consedit et locum castrorum Heristelli vocari iussit, qui locus ab incolis usque in praesens ita nominatur; exercitum vero, quem secum adduxit, per totam Saxoniam in hiberna divisit. Illuc Pippinum de Italia et Hludovicum de Hispanica expeditione regressum ad se venire iussit, ibi legatos Hunorum cum magnis muneribus ad se missos audivit et absolvit, ibi legatum Hedefonsi regis Asturiae atque Galleciae dona

**AQDE** A hispán végvidéken fekvő Barcelona városa, amely az események váltakozásának megfelelően hol frank, hol szaracén fennhatóság alá esett, végül a szaracén Sa'dūn révén, aki akkor elfoglalta, visszakerült a királyhoz. Ez ugyanis nyár elején Aachenbe, a királyhoz ment, s magát az említett várossal együtt önkéntes megadással átengedte az ő hatalmába.

E várost megkapva a király fiát, Lajost sereggel Hispániába küldte Huesca ostromára, és maga a szokott módon behatolt Szászországba, hogy feldúlja azt, megtörendő e hitszegő nép macacsságát. S nem is hagyott fel ezzel, amíg csak minden határukat be nem járta; mert eljutott egészen a végső határaikig, amerre az Elba és a Weser között mossa az óceán a partot.

Innen visszatérve Aachenbe érkezett, s ott fogadta a szaracén 'Abdullāht, ibn Mu'āwiya király fiát, aki Mauritániából érkezett, illetve meghallgatta Nikétász patríciusnak, Szicília akkori prokurátorának a követét, név szerint Theoktisztoszt; ez a császár Konstantinápolyból küldött levelét hozta el. Ezután tanácsot ült, úgy döntve, hogy a szász háború befejezése miatt abban a tartományban fogja tölteni a telet.

Maga mellé véve tehát kíséretét, Szászországba igyekezett, a Weser mellett tábort verve megállapodott, és elrendelte, hogy a tábor helyét Heristellinek hívják. Ezt a helyet lakosai mindmáig így nevezik. A sereget pedig, melyet magával hozott, egész Szászországban szétosztotta téli szállásokra. Pippint, aki Itáliából, és Lajost, aki a hispániai hadjáratból tért vissza, szintén oda rendelte; ott hallgatta meg és bocsátotta el a hunok nagy ajándékokkal hozzá küldött követeit, ott fogadta Hadebonsnak, Asztúria és Galícia királyá-

sibi deferentem suscepit. Inde iterum Pippinum ad Italiam, Hludowicum ad Aquitaniam remisit, cum quo et Abdellam Sarra-  
cenum ire iussit, qui postea, ut ipse voluit, in Hispaniam ductus  
et illorum fidei, quibus se credere non dubitavit, commissus est.  
Rex autem in Saxonia residens ibi et natalem Domini et pascha  
celebravit.

## DCCXCVIII.

**ALM** Venit etiam et legatus Hadeponsi regis Galleciae et Asturiae,  
nomine Froia, papilionem mirae pulchritudinis praesentans.

Sed in ipso paschae tempore Nordliudi trans Albim sedentes  
seditione commota legatos regio, qui tunc ad iustitias faciendas  
apud eos conversabantur, comprehendunt, quosdam ex eis statim  
trucidantes, ceteros ad redimendum reservant; ex quibus aliqui  
effugerunt, ceteri redempti sunt. Rex collecto exercitu de Haris-  
talli ad locum, qui Mimda dicitur, perrexit; et facto consilio in  
desertores arma corripuit et totam inter Albim et Wisuram Saxo-  
niam populando peragravit.

Nordliudi contra Thrasuconem ducem Abodritorum et Ebu-  
risum legatum nostrum conmisso proelio acie victi sunt. Caesa  
sunt ex eis in loco proelii quattuor milia, ceteri, qui fugerunt et  
evaserunt, quanquam multi et ex illis cecidissent, de pacis con-  
ditione tractaverunt. Et rex acceptis obsidibus, etiam et his, quos  
perfidissimos primores Saxonum consignabant, in Franciam re-  
versus est.

nak ajándékot hozó követét. Onnan Pippint ismét Itáliába, Lajost Aquitániába küldte, s megparancsolta, hogy vele együtt menjen a szaracén 'Abdulláh is. Őt pedig ezután, ahogy maga is akarta, Hispániába kísérve olyanokra bízta, akikben maga is habozás nélkül megbízott. A király pedig Szászországban állapodva meg, ott töltötte úgy az Úr születésének ünnepét, mint a húsvétot is.

## 798.

**ALM** Eljött hozzá Hadejonsnak, Galícia és Asztúria királyának követe is, név szerint Froia, egy csodaszép pavilonsátrat hozva elé.

Ám még a húsvéti időszak letelte előtt az Elbán túl lakó nordliudok, lázongástól fűtve, elfogják a királyi követeket, akik éppen igazságot szolgáltatni tartózkodtak náluk, és közülük egyeseket ott helyben felkoncolva a többieket váltságdíjért életben hagyják. Közülük néhányan megszöktek, a többieket kiváztották. A király Herstelében sereget gyűjtve megindult a helyhez, melyet Mimdának mondanak;<sup>81</sup> és tanácskozás után fegyvert ragadott az elpártoltak ellen, és az Elba és a Weser között egész Szászországot dúlva járta be.

A nordliudokat, miután csatába bocsátkoztak Thrasco abodrita fejedelem és a mi követünk, Eburis ellen, legyőzték az ütközetben; a csatatéren négyezret levágtak közülük, a többiek, akik megfutamodtak és megmenekültek, noha közülük is sokan eles-

---

81 Minden



Et Aquasgrani palatium pergens legationem Grecorum a Constantinopoli missam suscepit. Erant enim legati Michahel patricius quondam Frigiae et Theophilus presbyter, epistolam Herenae imperatricis ferentes; nam filius eius Constantinus imperator anno superiore a suis comprehensus et excecatus est. Haec tamen legatio tantum de pace fuit. Quos cum absolvisset, absolvit etiam cum eis et Sisinnium fratrem Tarasii Constantinopolitani episcopi iamdudum in Italia proelio captum.

Hoc anno sidus, quod dicitur Martis, a superioris anni Iulio usque ad huius anni Iulium nusquam in toto caelo videri potuit.

Insulae Baleares a Mauris et Sarracenis depraedatae sunt.

Hadefonsus rex Galleciae et Asturiae praedata Olisipona ultima Hispaniae civitate insignia victoriae suae loricas, mulos captivosque Mauros domno regi per legatos suos Froiam et Basiliscum hiemis tempore misit.

Sicque in hoc palatio et natalem Domini et pascha a domno rege celebrata sunt. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Cum iam ver adpeteret, nondum tamen propter inopiam pabuli exercitus de hibernis produci potuisset, Saxones Transalbani occasionem nacti legatos regis, qui ad eos ob iustitias faciendas missi erant, comprehensos interficiunt, paucis eorum quasi ad redimendum reservatis, trucidantes cum caeteris et Godescalcum regis legatum, quem ille ante paucos dies ad Sigifridum regem Danorum miserat. Is cum eodem tempore revertetur, ab huius seditionis auctoribus interceptus atque occisus est. Quibus acceptis rex graviter commotus congregato exercitu in loco, cui Mimda nomen, super Wisuram castra posuit atque in

tek, tárgyalásokat kezdtek a békefeltételekről. És a király, túszokat szedve (azokat is, akiket a szász törzsfők megjelöltek mint a leg-hitszegőbbeket), visszatért Frankföldre.

És aacheni palotájába utazva fogadta görögök Konstantinápolyból küldött követségét: ezek pedig Mikhaél, Phrygia egykori patrikiosa és Theophilosz presbiter voltak, akik Eiréné császárnő levelét hozták. Fiát ugyanis, Konstantin császárt, emberei az előző évben foglyul ejtették és megvakították. E követség csupán a béke ügyében volt ott. Miután elbocsátotta őket, elengedte velük együtt Szisinnioszt, Tarasziosz konstantinápolyi püspök fivérét is, aki már régen, Itáliában esett fogságba.

Ebben az évben a csillag, melyet Marsnak mondanak, előző év júliusától ez év júliusáig sehol sem volt látható az egész égbolton.

A Baleár-szigeteket kirabolták a mórok és szaracénok.

Hadefons, Galícia és Asztúria királya, miután kirabolta a Hispánia végvidékén fekvő Lisszabon városát, követei, Froia és Basiliscus által diadala jeléül mellvérteket, öszvéreket és mór foglyokat küldött a királynak tél idején.

S így a király úr e palotában ünnepelte meg az Úr születését és a húsvétot. És az esztendők száma 799-re változott.

**AQDE** Mikor már közeledett a tavasz, ám az abrak szűkössége miatt a sereget még nem lehetett téli szállásáról kivезényelni, az Elbán túli szászok, alkalomhoz jutván, fogságba vetve megölik a király követét, akiket jogi ügyek rendezésére küldött hozzájuk. Bár néhányukat váltságdíjért visszatartották, legyilkolták a többi között Godescalcot is, a király követét, akit néhány nappal korábban küldött el Sigifrid dán királyhoz; ő éppen ekkor volt visszatérőben, s e felkelés vezetői

foedifragos ac desertores arma corripuit et ultor necis legatorum suorum, quicquid Saxoniae inter Albiam ac Wisuram interiaceret, totum ferro et igni vastavit. Transalbiani autem superbia elati, eo quod regis legatos inpune occidere potuerunt, arreptis armis contra Abodritos proficiscuntur. Nam Abodriti auxiliares Francorum semper fuerunt, ex quo semel ab eis in societatem recepti sunt. Quorum dux Thrasco cognito Transalbianorum motu eis cum omnibus copiis suis in loco, qui Suentana vocatur, occurrit commissoque proelio ingenti eos caede prostravit. Nam in prima congressione quattuor milia eorum cecidisse narravit legatus regis Eburis nomine, qui in eodem proelio fuit et in Abodritorum acie dextrum cornu tenuit. Fusi igitur fugatique et multis suorum amissis cum magna calamitate ad loca sua reversi sunt.

At rex in Franciam regressus, cum Aquasgrani venisset, primo legatos Herenae imperatricis ad se de Constantinopoli missos audivit, – nam Constantinus filius eius propter morum insolentiam a suis comprehensus et excaecatus est, – quibus petentibus Sisinnium fratrem Tarasii Constantinopolitani episcopi olim in proelio captum domum redire permisit. Legati fuere Michahel cognomento Ganglianos et Theophilus presbyter de Blachernis. Post quorum absolutionem venerunt de Hispania legati Hadefonsi regis, Basilicus et Froia, munera deferentes, quae ille de manubiis, quas victor apud Olisiponam civitatem a se expugnatam ceperat, regi mittere curavit, Mauros videlicet septem cum totidem mulis atque loriceis, quae, licet pro dono mitterentur, magis tamen insignia victoriae videbantur. Quos et benigne susceperit et remuneratos honorifice dimisit.

elfogták és megölték. Ezeket hírül véve a király heves felindulásában hadsereget gyűjtött a helyen, melynek neve Mimda, a Weseren túl tábornot vert, majd fegyvert ragadott a szövetségszegők, sőt pártütők ellen, s követei halálának bosszúállójaként mindent, ami csak Szászországban az Elba és a Weser között fekszik, tűzzel-vassal feldúlt. Az Elbán túliak pedig fölényüktől elbizakodva, hogy büntetlenül megölhették a király követeit, fegyvert ragadva az abodriták ellen indulnak; az abodriták ugyanis mindig a frankok segédcsapatai voltak, amióta egyszer azok fölverték őket szövetségükbe. Hercegük, Thrasco, miután értesült az Elbán túliak hadmozdulatairól, minden csapatával eléjük ment a helyen, melyet Suentanának hívnak,<sup>82</sup> s csatába bocsátkozva roppant öldökléssel terítette le őket. Az első összecsapásban ugyanis négyezrüket vágta le, amint arról a király Eburis nevű követe (aki ott volt a csatában és az abodriták jobbszárnyát vezette) beszámolt. Szétszóratva tehát és megfutamítva, sok emberüket elveszítve nagy veszteségek árán tértek csak haza.

A király pedig Frankföldre visszatérve, miután Aachenbe érkezett, először Eiréné császárnő Konstantinápolyból hozzá küldött követeit hallgatta meg – fiát, Konstantint ugyanis emberei kevély szokásai miatt elfogták és megvakították –, akik kérésére megengedte, hogy a régebben csatában foglyul ejtett Sziszinniosz, Taraszianosz konstantinápolyi püspök fivére hazatérhessen. Követei voltak: Mikhaél, melléknevén Ganglianosz és Theophilosz, a lachernai templom papja.

---

82 A mai Bornhöved helyén

Insulae Baleares, quae nunc ab incolis earum Maiorica et Minorica vocitantur, a Mauris piraticam exercentibus depraedatae sunt.

Rex vero Aquisgrani hiemavit, et ibi natalem Domini et pascha celebravit.

## DCCXCVIII.

**ALM** Romani Leonem papam letania maiore captum excecaverunt ac lingua detruncaverunt. Qui in custodia missus noctu per murum evasit et ad legatos domni regis, qui tunc apud basilicam sancti Petri erant, Wirundum scilicet abbatem et Winigisum Spoletinum ducem, veniens Spoletium est deductus.

Domnus rex ad Saxoniam profectus Renum ad Lippeam transivit et in loco, qui vocatur Padrabrunno, positis castris conedit et inde diviso exercitu Carlum filium suum cum medietate ad conloquium Sclavorum et ad recipiendos, qui de Nordliudis venerunt, Saxones in Bardengauwi direxit. Ipse altera medietate secum retenta eodem in loco Leonem pontificem summo cum honore suscepit ibique reditum Carli filii sui expectans Leonem pontifi-

Elbocsátásuk után Hadebons király követei, Basiliscus és Froia érkeztek hozzá Hispániából. Ajándékokat hoztak, melyeket Hadebons abból a hadizsákmányból küldetett, melyet Lisszabon városának bevétele után szerzett, jelesül: hét mórt ugyanannyi öszvérrel és mellvértekkel. Mindezeket, noha ajándékként küldte, mégis inkább győzelmi jelvényként hatottak. A király kegyesen fogadta és megtisztelő ajándékokkal bocsátotta el őket.

A Baleár-szigeteket, melyeket lakosaik ma Maioricának és Minoricának hívnak, a kalózkodást űző mórok kirabolták.

A király pedig Aachenben telet, és ott ünnepelte az Úr születését és a húsvétot.

## 799.

**ALM** A rómaiak Leó pápát a búzaszentelő körmeneten elfogták, megvakították, és megfosztották nyelvétől; ezután őrizet alá vették, de ő éjszaka a városfalon át kijutott, és a király úr követeihez (akik éppen a Szent Péter-bazilikánál voltak), tudniillik Wirund apáthoz és Winigis spliti herceghez eljutva Spoletóba menekítették őt.

A király úr Szászországba utazva Lippehamnál átkelt a Rajnán, és a helyen, melyet Padrabrunnumnak hívnak, tábort verve megállapodott; és innen, seregét elosztva, annak felével elküldte Bardengauga fiát, Károlyt, hogy tárgyaljon a szlávokkal, és fogadja a szászokat, akik a nordliudoktól érkeznek. Ő pedig, magánál tartva a másik seregfél, ugyanazon a helyen nagy tisztelettel fogadta Leó pápát, s ott várva be fia, Károly érkezését Leó pápát

cem simili, quo susceptus est, honore dimisit; qui statim Romam profectus est, et rex Aquasgrani palatium suum reversus est.

In eadem expeditione legatus Michahelis Siciliae praefecti, nomine Danihel, ad domnum regem venit atque inde iterum cum magno honore dimissus est.

Eodem anno gens Avarum a fide, quam promiserat, defecit, et Ericus dux Foroiulensis post tot prospere gestas res iuxta Tharsaticam Liburniae civitatem insidiis oppidanorum oppressus est, et Geroldus comes, Baioariae praefectus, commisso contra Avars proelio cecidit.

Insulae Baleares, quae a Mauris et Sarracenis anno prioro depraedatae sunt, postulato atque accepto a nostris auxilio nobis se dederunt et cum Dei auxilio a nostris a praedonum incursione defensi sunt. Signa quoque Maurorum in pugna sublata et domno regi praesentata sunt.

Wido comes, qui in marcam Britanniae praesidebat, una cum sociis comitibus Britanniam ingressus totamque perlustrans in deditionem accepit; et regi de Saxonia reverso arma ducum, qui se dederant, inscriptis singulorum nominibus praesentavit. Nam his se et terram et populum unusquisque illorum tradidit, et tota Britanniorum provincia, quod numquam antea, a Francis subiugata est.

Eodem anno monachus quidam de Hierosolimis veniens benedictionem et reliquias de sepulchro Domini, quos patriarcha Hierosolimitanus domno regi miserat, detulit.

Azan praefectus civitatis, quae dicitur Osca, claves urbis per legatum suum cum muneribus transmisit.

hasonló tisztelettel bocsátotta el, mint amivel fogadta. Az pedig rögtön Rómába utazott, és a király visszatért aacheni palotájába.

Ugyane vállalkozásban Mikhaélnak, Szicília prefektusának követe, név szerint Daniél a király úr elé járult, és innen ugyancsak nagy tisztelet mellett nyert elbocsátást.

Ugyanebben az évben az avarok népe elpártolt a hűségől, melyet ígért. És Eric friuli herceget oly sok sikeres vállalkozása után a liburniai Tharsatica városa mellett kelepcébe csalták annak lakosai, és Gerold comes, Bajorország prefektusa az avarok ellen csatába bocsátkozva elesett.

A Baleár-szigetek – melyeket az előző évben kifosztottak a mórok és szaracénok – segítséget kérve és kapva a mieinktől, ránk bízták magukat és Isten segítségével a mieink meg is védelmezték őket a rablók támadásától. A mórok csatában megszerzett hadijelvényeit a király úrnak is bemutatták.

Wido gróf, aki a breton őrgrófság élén állt, gróftársaival együtt benyomult Bretagne-ba, s azt egészen bejárva megadásra bírta; és bemutatta a Szászországból visszatért királynak a legyőzött hadvezérek fegyvereit, ki-ki ráírt nevével. S mivel mindegyikük magát is, földjét is, népét is átadta, így Bretagne teljes tartományát leigázták a frankok – ami korábban még soha nem történt meg.

Ugyanebben az évben egy Jeruzsálemből érkező szerzetes elhozta a király úrnak a jeruzsálemi pátriárkától annak áldását, és ereklyéket az Úr sírjából.

Hasan, előjárója a városnak, melyet Oscának mondanak, követe útján ajándékok kíséretében elküldte a város kulcsait.



Celebratusque est dies natalis Domini in eodem palatio. Et inmutavit se numerus annorum in

**AQDE** Romae Leo papa, cum letaniam processurus de Lateranis ad ecclesiam beati Laurentii, quae ad Craticulam vocatur, equo sedens pergeret, in insidias a Romanis dispositas iuxta eandem basilicam incidit. Ubi equo deiectus est erutis oculis, ut aliquibus visum est, lingua quoque amputata, nudus ac semivivus in platea relictus est. Deinde iussu eorum, qui huius facti auctores fuere, in monasterium sancti Herasmi martyris velut ad curandum missus Albini cuiusdam cubicularii sui cura noctu per murum dimissus a Wingiso duce Spolitino, qui audito huiusmodi facinore Romam festinus advenerat, susceptus ac Spoletium deductus est.

Cuius rei nuntium cum rex accepisset, ipsum quidem ut vicarium sancti Petri et Romanum pontificem cum summo honore ad se praecepit adduci, iter tamen suum, quod in Saxoniam facere constituerat, non omisit. Habito itaque generali conventu super Rhenum in loco, qui Lippeham vocatur, ibique eodem amne transmisso cum toto exercitu suo ad Padrabrunnon accessit ibique in castris considens pontificis ad se properantis praestolatur adventum. Misit interea Karlum filium suum ad Albim cum parte exercitus propter quaedam negotia cum Wilzis et Abodritis disponenda et quosdam Saxones de Nordliudis recipiendos. Cuius reversionem cum exspectat, venit pontifex et valde honorifice ab illo susceptus est mansitque apud eum dies aliquot. Et cum ei cuncta, propter quae venerat, intimasset, iterum Romam cum magno honore per legatos regis, qui cum eo missi sunt, reductus atque in locum suum restitutus est.

S az Úr születésének napját ugyanebben a palotában ünnepelték meg. És az esztendőök száma 800-ra változott.

**AQDE** Rómában Leó pápa, mikor a körmenetre vonulóban Lateránból a rácsosnak nevezett<sup>83</sup> Szent Lőrinc-templomhoz lovon ülve haladt, már a bazilika mellett a rómaiak által előkészített kelepcebe esett; itt lováról leökve kivájták szemét, sőt, mint egyesek látták, nyelvétől is megfosztották, majd meztelenül és félholtan az utcán hagyták. Ezután azok parancsára, akik e tett szerzői voltak, Szent Erazmusz vértanú kolostorába küldték, mintha gyógyítani akarnák; kamarása, egy bizonyos Albin gondoskodása folytán éjjel a várfalon át lebocsátoták, ahol Winigis spoletói herceg – aki e gaztett hallatán rohanvást Rómába érkezett – fogadta és Spoleto-ba vitte.

Mikor a király hírért vette e dolognak, nagy tisztelettel elrendelte ugyan, hogy őt mint Szent Péter helynökét és római pápát hozzá vezessék, ám útját, melyet Szászországba tervezett, nem halasztotta el. Így hát általános gyűlést tartva a Rajnánál a helyen, melyet Lippehamnak hívnak, s ott ugyane folyón egész seregével átkelve Paderbornba ment, majd táborában megállapodva várja a hozzá igyekvő pápa érkezését. Elküldte eközben fiát, Károlyt az Elbához seregének egy részével, hogy rendezzen el néhány ügyet a wilzekkel és abodritákkal, és hogy fogadja a nordliudoktól visszatérő szászokat. Még az ő visszatérését várja, amikor megérkezik a pápa; nagy-nagy tisztelettel fogadta, és az néhány napig nála is maradt. És miután mindent

83 Nem egyértelmű, hogy a Lőrinc sírját elkerítő ezüstrácsra, vagy pedig a vértanúság eszközeül szolgáló rostélyra utalva.

Quo dimisso rex paucos dies ibidem moratus legatum Michahelis patricii de Sicilia nomine Danihelem ad se missum absolvit. Accepit etiam tristem nuntium de Geroldi et Erici interitu, quorum alter, Geroldus videlicet Baioariae praefectus, commisso cum Hunis proelio cecidit, alter vero, id est Ericus, post mula proelia et insignes victorias apud Thersaticam Liburniae civitatem insidiis oppidanorum interceptus atque interfectus est.

Rebus itaque Saxonum pro rerum oportunitate dispositis rex in Franciam revertitur. Et cum Aquisgrani hiemaret, Wido comes ac praefectus Brittanici limitis, qui eodem anno cum sociis comitibus totam Brittonum provinciam perlustraverat, arma ducum, qui se dediderunt, inscriptis singulorum nominibus detulit. Videbatur enim, quod ea provincia tum esset ex toto subacta; et esset, nisi perfidae gentis instabilitas cito id aliorum more solito commutasset.

Allata sunt et signa, quae occisis in Maiorica Mauris praedonibus erepta fuerunt. Et Azan Sarracenus, praefectus Oscae, claves urbis cum aliis donis regi misit, promittens eam se dediturum, si oportunitas eveniret. Sed et monachus quidam de Hierosolima veniens benedictionem et reliquias de loco resurrectionis Dominicae, quae patriarcha regi miserat, detulit. Et rex natalem Domini in eodem palatio residens celebravit ac monachum reverti volentem absolvens Zachariam quendam presbyterum de palatio suo cum eodem ire iussit, cui et donaria sua ad illa veneranda loca deferenda commisit.

közölt vele, ami miatt eljött hozzá, a király követei, akiket elküldött vele, nagy tisztelettel visszavezették Rómába, visszaállítva őt helyére.

Őt elbocsátva a király még pár napig ugyanott időzve elbocsátja Michahel szicíliai patrícus hozzá küldött, Danihel nevű követét. Eljutott hozzá a gyász hír is Gerold és Eric vesztéről; ezek egyike, Gerold – tudvalevőleg Bajorország prefektusa – a hunokkal csatába bocsátkozva esett el, a másikat pedig, azaz Ericet sok csata és jeles győzelem után a liburniai Tharsaticában cselvetve a városlakók fogták el és ölték meg.

Miután a szász ügyeket a helyzethez alkalmazkodva így elrendezte, a király visszatér Frankföldre. S míg Aachenben telet, Wido gróf és a breton végvidék prefektusa, aki ugyanabban az évben gróftársaival az egész breton tartományon végigvonult, elhozta neki a meghódoltatott vezérek fegyvereit ki-ki ráírt nevével. Úgy látszott tehát, hogy e tartományt akkor teljes egészében leigázták; s így is lett volna, ha a hitszegő népség állhatatlansága a szokott módon másfele nem vette volna az irányt.

Odavitték azokat a hadijelvényeket is, melyeket a Maiorcán megölt kalóztól ragadtak el; és a szaracén Hasan, Huesca prefektusa más ajándékokkal együtt elküldte a város kulcsait, ígérve, hogy kezére adja majd, ha alkalom lesz rá. De érkezett Jeruzsálemből is egy szerzetes, áldást hozva és ereklyét az Úr feltámasztásának helyszínéről; ezeket a pátriárka küldte a királynak. És a király az Úr születését ugyancsak e palotában tartózkodva ünnepelte meg, és a hazatérni szándékozó szerzetest elbocsátva megparancsolta, hogy menjen vele a palotából egy bizonyos Zakariás presbiter; rá bízta a szent helyekre küldött ajándékai eljuttatását is.

## DCCC.

**ALM** Rex absolutum Hierosolimitanum monachum reverti fecit, mittens cum eo Zachariam presbiterum de palatio suo, qui donaria eius per illa sancta loca deferret. Ipse medio mense Martio Aquisgrani palatio digrediens, litus oceani Gallici perlustravit, in ipso mari, quod tunc piratis infestum erat, classem instituit, praesidia disposuit, pascha in Centulo apud sanctum Richarium celebravit. Indequae iterum per litus oceani Ratumagum civitatem profectus est, ibique Sequana amne transmissio Turonis ad sanctum Martinum orationis causa pervenit, moratus ibi dies aliquot propter adversam domnae Liutgardae coniugis valitudinem, quae ibidem et defuncta et humata est; obiit autem die II. Non. Iunii.

Inde per Aurelianos ac Parisios regressus Aquasgrani reversus est. Et pridie Non. Iul. insolito more aspera pruina erat et VII. Id. Iul. similiter, quae tamen nihil incommoditatis fructibus attulit.

Et mense Augusto inchoante Mogontiacum veniens iter in Italiam condixit atque inde profectus cum exercitu Ravennam venit. Ibi ordinata in Beneventanos expeditione post septem dierum inducias Romam iter convertit et exercitum cum Pippino filio suo in Beneventanorum terras praedatum ire iussit. Romam vero cum venisset, occurrit ei pridie Leo papa et Romani cum eo apud Nomentum, duodecimo ab urbe lapide, et summa eum humilitate summoque honore suscepit; prandensque cum illo in loco praedicto statim eum ad urbem praecessit. Et in crastinum

## 800.

**ALM** A király hazaindította az elbocsátott jeruzsálemi szerzetest, elküldve vele palotájából Zakariás presbitert, hogy juttassa el ajándékait a szent helyekre. Ő maga március hó közepén visszaterve aacheni palotájába, végigvonult a gall óceánparton, a tengeren – melyet akkor kalózok tettek veszélyessé – hajóhadat szerelt fel, helyőrségeket állított, a húsvétot Centulában, a Szent Richarius-templomban ünnepelte. S innen megintcsak az óceán partján továbbindult Rouenba, s ott a Szajna folyón átkelve Tours-ban imádkozás céljából a Szent Márton-templomba érkezett. Itt néhány napot maradt hitvese, Liutgarda rossz egészségi állapota miatt – ő ugyanott meg is halt és el is temették; halálának napja pedig június 4-e volt.

Innen Orléans-on, illetve Párizson át visszatérve Aachenbe ment vissza. És július 6-án szokatlan módon zúzmara volt és július 9-én hasonlóképp – a termésben azonban semmi kárt nem tett.

És augusztus havának kezdetén Mainzba érkezve bejelentette, hogy Itáliába utazik, majd innen seregével megindulva Ravennába érkezett. Ott elrendezve a beneventóiak elleni hadjáratot, hét napnyi fegyvernyugvás után Róma felé vette útját, és kiadta a parancsot, hogy a fia, Pippin által vezetett sereg fosztogatni induljon a beneventóiak földjére. Mikor pedig Rómába ment, még az előző napon, Mentánánál, a tizenkettedik mérföldkőnél eléje jött Leó pápa és vele a rómaiak; és mély alázattal s mély tisztelettel fogadta őt, majd az említett helyen a királlyal étkezve tüstént felkerekedett, és előtte vonult be a városba. És másnap Szent Péter apostol

in gradibus basilicae beati Petri apostoli stans, missis obviam Romanae urbis vexillis, ordinatis etiam atque dispositis per congrua loca tam peregrinorum quam civium turmis, qui venienti laudes dicerent, ipse cum clero et episcopis equo descendentem gradusque ascendentem suscepit dataque oratione in basilicam beati Petri apostoli psallentibus cunctis introduxit. Facta sunt haec sub die VIII. Kal. Decembris.

Post VII vero dies rex contione vocata, cur Romam venisset, omnibus patefecit et exinde cotidie ad ea, quae venerat, facienda operam dedit. Inter quae vel maximum vel difficillimum erat, quod primum inchoatum est, de discutiendis, quae pontifici obiecta sunt, criminibus. Qui tamen, postquam nullus probator criminum esse voluit, coram omni populo in basilica beati Petri apostoli evangelium portans ambonem conscendit invocatoque sanctae Trinitatis nomine iureiurando ab obiectis se criminibus purgavit. Eadem die Zacharias cum duobus monachis, uno de monte Oliveti, altero de sancto Saba, de Oriente reversus Romam venit; quos patriarcha Hierosolimitanus cum Zacharia ad regem misit, qui benedictionis causa claves sepulchri Dominici ac loci calvariae, claves etiam civitatis et montis cum vexillo detulerunt. Quos rex benigne suscipiens aliquot dies secum detenuit et Aprili mense remuneratos absolvit. Celebravitque natalem Domini Romae. Et inmutatus est annorum numerus in

bazilikájának lépcsőin állva, miután eléje küldték Róma városának zászlajait, illetve a megfelelő helyekre rendelve és elrendezve úgy a zarándokok, mint a városbeliek csapatait, akik magasztalták a bevonulót: ő maga fogadta a klérussal és a püspökökkel együtt a lováról leszálló és a lépcsőkre fellépő királyt, majd imát mondvá, az egész nép zsoldározása közepette bevezette Szent Péter apostol bazilikájába. Ezek november 24-én történtek.

Hét nappal ezután pedig a király gyűlést hívva össze mindenkinek feltárta, miért érkezett Rómába, és innentől kezdve minden nap azokon az ügyeken fáradozott, amelyek miatt jött. Ezek közül pedig legfontosabb is, legnehezebb is az volt, amelyikbe először belefogott: tisztázni a pápa ellen vádként felhozott bűnök kérdését. Ő pedig, miután senki nem akarta bizonyítani bűnösségét, az egész nép színe előtt az evangéliumos könyvet hordozva felment Szent Péter apostol bazilikájának szószékére, és segítségül hívva a Szentháromság nevét, esküvel tisztázta magát az ellene felhozott vétkek alól. Ugyane napon Keletről visszatérve Rómába érkezett Zakariás két szerzetessel együtt; egyiket az Olajfák hegyéről, másikat a Szent Szabbász-monostorból küldte Zakariással a jeruzsálemi pátriárka a királyhoz, s jóindulata jeleként elhozták neki az Úr sírja és a Kálvária kulcsait, illetve a város és a hegy<sup>84</sup> kulcsait a zászlóval együtt. A király jóindulattal fogadva néhány napig magánál tartotta, és április havában megajándékozva elbocsátotta őket. S az Úr születését Rómában ünnepelte. És az esztendők száma 801-re változott.

---

84 Ti. a Sion-hegy.



**AQDE** Redeunte verna temperie medio fere Martio rex Aquisgrani digressus litus oceani Gallici perlustravit, et in ipso mari, quod tunc piratis Nordmannicis infestum erat, classem instituit, praesidia disposuit, pascha in Centulo apud sanctum Richarium celebravit. Inde iterum per litus maris iter agens Ratumagum civitatem venit ibique Sequana amne transmissa Turonos ad sanctum Martinum orationis causa profectus est, moratus ibi dies aliquot propter adversam Liutgardae coniugis valitudinem, quae ibidem et defuncta et humata est; obiit autem die II. Non. Iun.

Inde per Aurelianos ac Parisios Aquasgrani reversus est.

Et mense Augusto inchoante Mogontiacum veniens generalem conventum ibidem habuit et iter in Italiam condixit atque inde profectus cum exercitu Ravennam venit. Ibi septem non amplius dies moratus Pippinum filium suum cum eodem exercitu in terram Beneventanorum ire iussit movensque de Ravenna simul cum filio Anconam usque pervenit; quo ibi dimisso Romam proficiscitur. Cui cum pridie, quam illo veniret, Leo papa apud Nomentum occurrisset et cum magna eum veneratione ibidem suscepisset, post cenam, qua simul refecti sunt, illo ibi manente pontifex ad urbem praecessit. Et in crastinum in gradibus basilicae beati Petri apostoli cum episcopis et universo clero consistens advenientem equoque descendentem Deo laudes dicendo et gratias agendo suscepit et cunctis psallentibus in ecclesiam eiusdem beatissimi apostoli Deum glorificans atque magnificans introduxit. Facta sunt haec VIII. Kal. Decembr.

Post septem vero dies rex contione vocata, cur Romam venisset, omnibus patefecit et exinde cotidie, propter quae venerat

**AQDE** Miután újra eljött a tavaszi enyhülés, úgy március közepén a király eltávozva Aachenből bejárta a gall óceánpartot, a tengeren pedig, melyet akkoriban normann kalózok tettek veszélyessé, hajóhadat szerelt fel, helyőrségeket állított, a húsvétot Centulában, a Szent Richarius-templomban ünnepelte. Innen megintcsak a tengerparton utazva Rouen városába ment, s ott a Szajna folyón átkelve Tours-ba indult, a Szent Márton-templomhoz, hogy imádkozzon. Itt néhány napot maradt hitvese, Liutgarda rossz egészségi állapota miatt – ő ugyanott meg is halt és el is temették; halálának napja pedig június 4-e volt.

Innen Orléans-on, illetve Párizson át Aachenbe tért vissza.

És augusztus hó kezdetén Mainzba érkezve ugyanott általános gyűlést tartott és bejelentette, hogy Itáliába utazik; majd innen seregével elindulva Ravennába ment, és ott hét és nem több napot eltöltve kiadta a parancsot, hogy fia, Pippin ugyanezen sereggel a beneventóiak földjére menjen, s Ravennából megindulva fiával együtt Anconáig jutott el. Őt itt hagyva Rómába indul; s még az előző napon, hogy odaért volna, Mentánánál Leó pápa eléje jött és nagy tisztelettel fogadta ott. Egy vacsora után, melyen együtt étkeztek, a király ott maradt, a pápa pedig előrement a városba. És másnap Szent Péter apostol bazilikájának lépcsőin állva, a püspökökkel és a teljes klérussal együtt Istennek dicséretet mondva és hálát adva fogadta a megérkező, lováról leszálló és a lépcsőkre fellépő királyt, majd az egész nép zsoldározása közepette bevezette a szent apostol bazilikájába, dicsőítve és magasztalva Istent. Ezek november 24-én történtek.

Hét nappal ezután pedig a király gyűlést hívva össze mindenkinek feltárta, miért érkezett Rómába, és innentől kezdve minden nap

facienda, operam impendit; in quibus vel maximum vel difficillimum erat, quod primo inchoatum est, de investigandis videlicet, quae pontifici obieiebantur, criminibus. Qui tamen, postquam nullus eorundem criminum probator esse voluit, coram omni populi in basilica beati Petri apostoli evangelium ferens ambonem conscendit invocatoque sanctae Trinitatis nome de obiectis se criminibus purgavit. Eadem die Zacharias presbyter, quem rex Hierosolimam miserat, cum duobus monachis, quos patriarcha cum eo ad regem misit, Romam venit; qui benedictionis gratia claves sepulchri Dominici ac loci calvariae cum vexillo detulerunt. Quos rex benigne susceptos per aliquot dies secum detinuit et redire volentes remuneratos absolvit.

## DCCCI.

**ALM** Ipsa die sacratissima natalis Domini, cum rex ad missam ante confessionem beati Petri apostoli ab oratione surgeret, Leo papa coronam capiti eius imposuit, et a cuncto Romanorum populo adclamatum est: ‚Carolo augusto, a Deo coronato magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria!’ Et post laudes ab apostolico more antiquorum principum adoratus est atque ablato patricii nomine imperator et augustus est appellatus.

Post paucos autem dies iussit eos, qui pontificem anno superiore deposuerunt, exhiberi; et habita de eis questione secundum legem Romanam ut maiestatis rei capitis dampnati sunt. Pro qui-

azokon az ügyeken fáradozott, amelyek miatt jött. Ezek közül pedig legfontosabb is, legnehezebb is az volt, amelyikbe először belefogott, vagyis: tisztázni a pápa ellen vádként felhozott bűnök kérdését. Ő pedig, miután azok közül senki nem akarta rábizonyítani bűnösségét, az egész nép színe előtt az evangéliumos könyvet hordozva felment Szent Péter apostol bazilikájának szószékére, és segítségül hívva a Szentháromság nevét, esküvel tisztázta magát az ellene felhozott vétek alól. Ugyane napon Zakariás presbiter, akit a király Jeruzsálembe küldött, két szerzetessel együtt Rómába érkezett; ezeket a pátriárka küldte el vele a királyhoz, s jóindulata jeleként elhozták neki az Úr sírja és a Kálvária kulcsait a zászlóval együtt. A király jóindulattal fogadva néhány napig magánál tartotta, és mikor vissza szándékoztak már térni, megajándékozva elbocsátotta őket.

## 801.

**ALM** Az Úr születésének szentséges napján, amikor a király misére indulva Szent Péter sírja előtt felemelkedett imádságából, Leó pápa koronát helyezett fejére, és az egész római nép felkiáltott: „Élet és győzelem Károly augustusnak, az Isten által megkoronázott nagy és béketeremtő római császárnak!” És kikiáltása után az apostolutód a hajdani princepszeknek kijáró hódolattal köszöntötte, s patríciusi címét elhagyva már császárnak és augustusnak szólították.

Néhány nappal később pedig megparancsolta, hogy hozzák elé azokat, akik előző évben letették a pápát, és kivizsgálva ügyüket, a római törvények szerint felségsértésért halálra ítélte őket. Ám a pápa

bus tamen papa pio affectu apud imperatorem intercessit; nam et vita et membrorum integritas eis concessa est, ceterum pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt. Huius factionis fuere principes Paschalis nomenclator et Campulus sacellarius et multi alii Romanae urbis habitatores nobiles, qui simul omnes eadem sententia dampnati sunt.

Ordinatis deinde Romanae urbis et apostolici totiusque Italiae non tantum publicis, sed etiam ecclesiasticis et privatis rebus – nam tota hieme non aliud fecit imperator – missaque iterum in Beneventanos expeditione cum Pippino filio suo ipse post pascha VII. Kal. Mai. Roma profectus Spoletium venit.

Ibi dum esset, II. Kal. Mai. hora noctis secunda terrae motus maximus factus est, quo tota Italia graviter concussa est. Quo motu tectum basilicae beati Pauli apostoli magna ex parte cum suis trabibus decidit et in quibusdam locis urbes montes ruerunt. Eodem anno loca quaedam circa Renum fluvium et in Gallia et in Germania tremuerunt. Pestilentia propter mollitiem hiberni temporis facta est.

Fuerunt in eodem conventu et legationes de Nordmannia, tam de parte Harioldi quam filiorum Godofridi; quibus omnibus auditis ac dimissis ipse in eodem loco constructis ad hoc opere novo aedificiis, sicut dispositum habuerat, hiemavit.

## DCCCXXIII.

**ALM** Mense Maio conventus in eodem loco habitus, in quo non universi Franciae primores, sed de orientali Francia atque Saxonia, Baioaria, Alamannia atque Alamanniae contermina Burgundia et regionibus Rheno adiacentibus adesse iussi sunt. In quo inter caeteras barbarorum legationes, quae vel iussae vel sua sponte venerunt, duo fratres, reges videlicet Wilzorum, controversiam inter se de regno habentes ad praesentiam imperatoris venerunt, quorum nomina sunt Milegastus et Cealadragus. Erant idem filii Liubi regis Wilzorum; qui licet cum fratribus suis regnum divisum teneret, tamen, propter quod maior natu erat, ad eum totius

miután lezajlott az őszi vadászat, a Rajnán túlra indult, hogy azon a helyen teleljen, melyet Franconofurdnak<sup>110</sup> hívnak.

Ott pedig általános gyűlést hívva össze gondja volt rá, hogy az erre odarendelt előkelőkkel ünnepélyesen megtárgyalják mindazt, ami csak országa keleti részének hasznát érintette. E gyűlésen meghallgatta az ajándékokkal hozzá küldött követségeket: az összes keleti szlávokét, azaz az abodritákét, szorbokét, wilzekét, csehekét, morvákét, prédenecentekét, és a Pannoniában lakó avarokét is. Ott voltak ugyanezen a gyűlésen a normannoktól (éspe dig úgy Hariold, mint Godofrid fiainak részéről) érkezett követ ségek is; miután mindezeket meghallgatta és elbocsátotta, maga ugyanezen a helyen töltötte a telet a rendelkezése szerint e célra újonnan emelt épületekben.

## 823.

**ALM** Május havában gyűlést tartott ugyanazon a helyen, ahol a parancs szerint meg kellett jelennie az összes főembernek nemcsak Frankföldről, hanem Kelet-Frankföldről és Szászországból, Bajorországból, Alamanniából, illetve az Alamanniával határos Burgundiából és a Rajna mellett fekvő vidékekről is. E gyűlésen a többi barbár követség között, amely akár parancsra, akár önként eljött, a császár jelenléte elé járult két fivér: a wilzek királyai, akik-

---

110 Frankfurt

regni summa pertinebat. Qui cum commisso cum orientalibus Abodritis proelio interisset, populus Wilzorum filium eius Milegastum, quia maior natu erat, regem sibi constituit; sed cum is secundum ritum gentis commissum sibi regnum parum digne administraret, illo abiecto iuniori fratri regium honorem deferunt: quam ob causam ambo ad praesentiam imperatoris venerunt. Quos cum audisset et gentis voluntatem proniorem in iunioris fratris honorem agnovisset, statuit, ut is delatam sibi a populo suo potestatem haberet, ambos tamen muneribus donatos et sacramento firmatos in patriam remisit.

Accusatus est in eodem placito apud imperatorem Ceadragus Abodritorum princeps, quod se erga partem Francorum parum fideliter ageret et ad imperatoris praesentiam iam diu venire dissimulasset. Propter quod ad eum legati directi sunt, cum quibus ille iterum quosdam ex primoribus gentis suae ad imperatorem misit; perque illorum verba promisit, se ad proximum hiemis tempus ad illius praesentiam esse venturum.

Hlotharius vero, cum secundum patris iussionem in Italia iustitias faceret et iam se ad revertendum de Italia praepararet, rogante Paschale papa Romam venit et honorifice ab illo susceptus in sancto paschali die apud sanctum Petrum et regni coronam et imperatoris atque augusti nomen accepit; inde Papiam regressus mense Iunio ad imperatorem venit. Qui cum imperatori de iustitiis in Italia a se partim factis partim inchoatis fecisset indicium, missus est in Italiam Adalhardus comes palatii, iussumque est, ut Mauringum Brixiae comitem secum adsumeret et inchoatas iustitias perficere curaret.

nek vitája volt egymással az uralomról; nevük Milegast és Cealadrag. Liub wilz király fiai voltak, akit, noha fivérelével megosztva uralkodott, idősebb kora miatt az egész ország feletti uralom illetett meg. Miután elesett a keleti abodritákkal vívott csatában, a wilzek népe fiát, Milegastot tette meg királynak, mivel ő volt az idősebbik. Ám ő a népük rítusai szerint rábízott országot méltatlan módon igazgatta, így elvetették, és öccsére ruházták a királyi tisztségét. Emiatt járultak tehát mindketten a császár jelenléte elé. Az pedig, miután meghallgatta őket, és tájékoztatták arról, hogy a népakarat inkább az ifjabbik tisztségre emelése felé hajlik, úgy határozott, hogy tartsa meg ez a nép által ráruházott hatalmat – ám ezután mindkettőjüket megajándékozta és megeskette, majd e biztosítékkal visszaküldte őket hazájukba.

Bevádolták a császárnál ugyanezen a gyűlésen Ceadragot, az abodriták fejedelmét, hogy a frank érdekekhez nem eléggé hűen jár el, és már régóta elmulasztja, hogy a császár színe elé járuljon. Emiatt követeket indítottak hozzá, akikkel együtt elküldött néhányat népének főemberei közül a császárhoz, általuk téve ígéretet, hogy a következő télen eljön majd jelenléte elé.

Lothár pedig, miután apja parancsa szerint igazságot szolgáltatott Itáliában, és már az Itáliából való visszatérésre készülődött, Paszkál pápa kérésére Rómába ment. Itt nagy tisztelettel fogadták, és húsvét szent napján Szent Péter templomában elnyerte az ország koronáját, illetve a császár és augustus címet is. Innen Pavia felé visszatérve június hónapban a császárhoz ment. Miután beszámolt a császárnak az Itáliában részben elvégzett, részben megkezdett igazságszolgáltatásról, ő Itáliába küldte Adalhard palotagrófot, s

Drogonem fratrem eius sub canonica vita degentem Mettensi ecclesiae clero eiusdem urbis consentiente atque eligente rectorem constituit eumque ad pontificatus gradum censuit promoveri.

In eodem conventu tempus et locus alterius conventus habendi conductus est, November videlicet mensis et Compendium palatium; peractoque placito et dimissis primoribus, cum imperator iam inde digredi statuisset, adlatum est ei de interitu Liudewiti, quod relictis Sorabis, cum Dalmatiam ad Liudemuhslum avunculum Bornae ducis pervenisset et aliquantum temporis cum eo moratus fuisset, dolo ipsius esset interfectus.

Nuntiatum est etiam, Theodorum sanctae Romanae ecclesiae primicerium et Leonem nomenclatorem, generum eius, in patriarchio Lateranense primo excaecatos ac deinde fuisse decollatos et hoc eis ob hoc contigisse, quod se in omnibus fideliter erga partes Hlotharii iuvenis imperatoris agerent; erant et, qui dicerent, vel iussu vel consilio Paschalis pontificis rem fuisse perpetrata. Ad quod explorandum ac diligenter investigandum missi sunt Adalungus abbas monasterii sancti Vedasti et Hunfridus comes Curiensis. Sed antequam illi fuissent profecti, venerunt legati Paschalis pontificis, Iohannes episcopus Silvae-candidae et Benedictus archidiaconus sanctae sedis apostolicae, rogantes imperatorem, ut illam infamiam a pontifice auferret, qua ille in memoratorum hominum necem consensisse credebatur. Quibus cum ille, iuxta quod ratio postulabat, respondisset eosque dimisisset, praedictos legatos suos ad investigandam rei veritatem, sicut prius disposuit, Romam ire praecepit; ipse vero reliquum aestatis

megparancsolta neki, hogy vigye magával Mauringot, Brescia grófját, és gondoskodjon a megkezdett jogszolgáltatás befejezéséről.

Fivérét, a szerzetesi életet élő Drogót a város klérusának egyetértésével és választására a metzi egyház kormányzójává tette, jónak látva püspökké szenteltetni őt.

Ugyanezen a gyűlésen megállapodtak a következő gyűlés idejében és helyében, tudniillik november hónapban és a Compiègne-i palotában; s a tanácskozás végeztével és miután elbocsátotta a főembereket, a császár már eldöntötte, hogy távozik innen, amikor értesült Liudewit halálának körülményeiről: miután otthagya a szorbokat és Dalmáciába, Borna herceg nagybátyjához, Liudemuhslhoz érkezett, majd valamennyi ideig nála tartózkodott, annak cselszövése révén ölték meg.

Azt is hírül hozták, hogy Theodorust, a Római Szentegyház protonotáriusát és vejét, Leo nomenclatort a lateráni palotában először megvakították, majd pedig lenyakazták; és ez azért érte őket, mert mindenben az ifjú Lothár császár érdekeinek megfelelően jártak el. Voltak olyanok is, akik azt mondták, a dolgot Paszkál pápa parancsára vagy tanácsára követték el. Ennek kiderítésére és gondos kivizsgálására Adalungot, a Szent Vedast-monostor apátját és Hunfrid churi grófit küldték el. Ám még azelőtt, hogy elindultak volna, megérkeztek Paszkál pápa követei, János silvacandidai püspök és Benedek, az Apostoli Szentszék archidiaconusa, kérve a császárt, hogy tartsa távol azt a gyalázatot a pápától, hogy akár csak azt higgyék, egyetértett az említett emberek megölésével. Miután a helyzet megkívánta választ adott nekik, majd elbocsátotta őket, előbb említett

tempus in pago Wormacense ac deinde in Arduenna transgens peracta autumnali venatione ad Kal. Novembr., sicut condixerat, Compendium venit.

Legati Romam venientes rei gestae certitudinem adsequi non potuerunt, quia Paschalis pontifex et se ab huius facti communiōne cum magno episcoporum numero iureiurando purificavit et interfectores praedictorum hominum, quia de familia sancti Petri erant, summopere defendens mortuos velut maiestatis reos condemnabat, iure caesos pronuntiavit atque ob hoc cum praedictis, qui ad eum missi fuerant, legatis Iohannem

Silvaecandidae episcopum et Sergium bibliothecarium, Quirinum quoque subdiaconum ac Leonem magistrum militum ad imperatorem misit. Qui cum tam per illos quam per suos legatos de sacramento pontificis et excusatione reorum comperisset, nihil sibi ultra in hoc negotio faciendum ratus, memoratum Iohannem episcopum et socios eius ad pontificem dato conveniente responso remisit.

Cedragus Abodritorum princeps pollicitationibus suis adhibens fidem cum quibusdam primoribus populi sui Compendium venit dilatique per tot annos adventus sui rationem coram imperatore non inprobabiliter reddidit. Qui licet in quibusdam causis culpabilis appareret, tamen propter merita parentum suorum non solum inpunitus, verum muneribus donatus ad regnum redire permissus est.

Venerat et Harioldus de Nordmannia, auxilium petens contra filios Godofridi, qui eum patria pellere minabantur; ob cuius causam diligentius explorandam ad eosdem filios Godofridi Theot-

követeit, amint korábban elhatározta, utasította, hogy menjenek Rómába kinyomozni, mi az igazság az ügyben; maga pedig a nyár fennmaradó idejét Worms körzetében, majd pedig az Ardenneknben töltve, az őszi vadászat után november 1-jén, amint megbeszélte, Compiègne-be ment.

A követek Rómába érkezve nem tudtak bizonyosságra jutni a történeteket illetően, mert Paszkál pápa egyrészt számos püspökkel együtt eskü alatt kimentette magát, hogy köze lett volna a gaztett-hez, másrészt viszont az említett személyek gyilkosait, mivel a Szent Péter-bazilika személyzetéből valóak voltak, hevesen védelmébe véve, a meghaltakat mint felségárulókat kárhóztatta, kijelentette, hogy megölésük jogszerű volt, majd ez okból az említett követekkel együtt, akiket hozzá küldtek, elküldte a császárhoz János silvacandidai püspököt és Sergius pápai könyvtárost, valamint Quirinus szubdiakónust és Leo katonai főparancsnokot. Mikor a császár egyrészt ezek, másrészt saját követei révén tudomást szerzett a pápa esküjéről és a bűnösök kimentéséről, úgy gondolva, hogy ez ügyben már semmi tennivalója nincsen, ennek megfelelő választ adva visszaküldte a pápához az említett János püspököt és társait.

Cedrag, az abodriták fejedelme ígéretéhez hűen népének néhány főemberével együtt eljött Compiègne-be, s a császár előtt nem elfogadhatatlan módon indokolta, hogy annyi éven át halogatta látogatását. Noha egyes esetekben elmaraszthalhatónak bizonyult, szülei érdemei miatt mégis nemcsak hogy büntetlenül, hanem ajándékokkal is ellátva engedték hazatérni országába.

Eljött Hariold is a normannok földjéről, segítséget kérve Godofrid fiai ellen, akik azzal fenyegették, hogy elűzik hazájából;



harius et Hruodmundus comites missi fuerunt, qui et causam filiorum Godofridi et statum totius regni Nordmannorum diligenter explorantes adventum Harioldi praecesserunt et imperatori omnia, quae in illis partibus comperire potuerunt, patefecerunt. Cum quibus et Ebo Remorum archiepiscopus, qui consilio imperatoris et auctoritate Romani pontificis praedicandi gratia ad terminos Danorum accesserat et aestate praeterita multos ex eis ad fidem venientes baptizaverat, regressus est.

Hoc anno prodigia quaedam extitisse narrantur, in quibus praecipua fuerunt in Aquense palatio terrae motus et in territorio Tullense iuxta villam Commercium puella quaedam annorum fere XII ab omni cibo per decem menses abstinens. Et in Saxonia in pago, qui vocatur Firihsazi, viginti tres villae igne caelesti concrematae, et fulgora sereno atque interdium de caelo cadentia. Et in territorio Cumetensi Italiae civitatis in vico Grabadona in ecclesia sancti Iohannis baptistae imago sanctae Mariae puerum Iesum gremio continentis ac magorum munera offerentium in absida eiusdem ecclesiae depicta et ob nimiam vetustatem obscurata et pene abolita tanta claritate per duorum dierum spatia effulsit, ut omnem splendorem novae picturae suae vetustatis pulchritudine cernentibus penitus vincere videretur. Magorum tamen imagines praeter munera, quae offerebant, minime claritas illa inradiavit. Et in multis regionibus fruges grandinis vastatione deletae atque in quibusdam locis simul cum ipsa grandine veri lapides atque ingentis ponderis decidere visi; domus quoque de caelo tactae hominesque ac caetera animalia passim fulminum ictu praeter solitum crebro exanimata dicuntur. Secuta est

ügyét alaposabban kivizsgálendő Godofrid e fiaihoz Theothar és Hruodmund grófokat küldték el, akik mind Godofrid fiainak ügyét, mind a normannok egész országának állapotát alaposan felderítve megelőzték Harioldot, és előadták a császárnak mindazt, amit csak e vidékeken megtudhattak. Velük együtt visszatért Ebo reimsi érsek is, aki a császár tanácsára és a római pápa tekintélyével felruházva igehirdetés céljából a dánok határvidékére ment, és az elmúlt nyáron sokukat, akik hitre jutottak, megkeresztelt.

Ebben az évben, mint mesélik, jelek tűntek fel, melyek közül a legjelentősebb az aacheni palotában a földrengés és Toul vidékén, Commercymellett egy körülbelül tizenkét éves lány, aki tíz hónapig minden ételtől tartózkodott; és Szászországban egy faluban, melyet Firihsazinak hívnak, huszonhárom portát perzselte fel az égi tűz, és a villámok nappal és derült égből csapkodtak. Itáliában pedig, Como város területén, Gravedona falu Keresztelő Szent János-templomában, az apszisban festve van egy kép, melyen Szűz Mária a gyermek Jézust tartja ölében, és fogadja a bölcsek ajándékait; mivel rendkívül régi, már homályos és szinte nem is vehető ki. Ám két napon keresztül olyan tisztán tündöklött fel, hogy aki látta, annak úgy tűnt: régi szépsége teljesen felülmúlja egy új kép minden ragyogását. Ám a bölcsek alakjait, kivéve az ajándékokat, melyeket hoztak, a legkevésbé sem sugározta be ez a tisztaság. Sok vidéken pedig a jégeső pusztítása tönkretette a termést, és egyes helyeken a jégeső mellett igazi és roppant súlyú köveket is láttak hullani. Azt mondják, a szokottnál gyakoribb volt, hogy házakat, embereket és más élőlényeket sújtottak mindenfelé

ingens pestilentia atque hominum mortalitas, quae per totam Franciam inmaniter usquequaque grassata est et innumeram hominum multitudinem diversi sexus et aetatis gravissime sevindo consumpsit.

## DCCCXXIII.

**ALM** Rex Bulgarorum N.<sup>17</sup> velut pacis faciendae gratia legatos ad imperatorem cum litteris misit. Quos ille cum audisset ac litteras, quae adlatae fuerant, legisset, rei novitate non inmerito per-motus ad explorandam diligentius insolitae et numquam prius in Franciam venientis legationis causam Machelmum quendam de Baioaria cum ipsis legatis ad memoratum regem Bulgarorum direxit.

Hiemps aspera valdeque prolixa facta est, quae non solum caetera animalia, verum etiam homines quosdam inmanitate frigoris extinxit. Luna defecit III. Non. Mart. hora noctis secunda. Suppo dux Spolitanus decessisse nuntiatur.

Interea legati Romani pontificis Romam regressi eundem valida infirmitate detentum ac morti iam proximum invenerunt; qui etiam paucis post adventum illorum exactis diebus vita decessit. In cuius locum cum duo per contentionem populi fuissent electi, Eugenius tamen archipresbyter tituli sanctae Sabinae vincente

---

17 D2 et E ferunt „Omortag”.

a villámok. Ezt nagy pestis és sok ember halála követte; ez egész Frankföldön fel s alá haladva borzasztóan pusztított, és különböző nemű és korú emberek megszámlálhatatlan sokaságát vitte el súlyos dühöngésében.

## 824.

**ALM** [Omortag],<sup>111</sup> a bolgárok királya békekötés céljából követeket küldött levéllel a császárhoz; az meghallgatta őket, a levelet pedig, amelyet hoztak, elolvasta. A dolog újszerűségétől – nem ok nélkül – felzaklatva, hogy a szokatlan és Frankföldön korábban még sohasem járt követség dolgát alaposabban felderítse, a követekkel együtt Bajorországból elküldte Machelmet is az említett bolgár királyhoz.

Ebben az évben a tél zord volt és igen elhúzódott, a roppant hideg nem csak állatokat, de embereket is megölt. Március 5-én, az éjszaka második órájában holdfogyatkozás volt. Hírül hozzák, hogy Suppo spoletói herceg meghalt.

Eközben a római pápa követei Rómába visszatértükben súlyos betegségben, sőt már félholtan találják őt; érkezésük után néhány nap elteltével el is távozott az élők közül. Helyére, bár a nép törekvései miatt először két jelöltet választottak, végül a nemesek jelöltjét, Jenőt, a Szent Szabina-templom kardinális archipres-

<sup>111</sup> A D2 és az E hozza, illetve a Fuldai évkönyvek is.

nobilium parte subrogatus atque ordinatus est. Cuius rei nuntium cum Quirinus subdiaconus, unus ex his, qui priori legatione fungebantur, ad imperatorem detulisset, conventu circiter VIII. Kal. Iul. pronuntiato atque Compendio habito ipse ad Britannicam expeditionem per se faciendam animo intento Hlotharium filium imperii socium Romam mittere decrevit, ut vice sua functus ea, quae rerum necessitas flagitare videbatur, cum novo pontifice populoque Romano statueret atque firmaret. Et ille quidem ad haec exsequenda post medium Augustum in Italiam profectus est, imperator vero iter, quod in Britanniam facere paraverat, propter famem, quae adhuc praevalida erat, usque ad initium autumnus adgredi distulit. Tum demum adunatis undique omnibus copiis Redonas civitatem terminis Britanniae contiguam venit et inde diviso in tres partes exercitu duabusque partibus filiis suis Pippino et Hludowico traditis tertiaque secum retenta Britanniam ingressus totam ferro et igni devastavit. Consumptisque in hac expeditione XL vel eo amplius diebus, acceptis, quos perfido Brittonum populo imperaverat, obsidibus Ratumagum civitatem, ubi coniugem se operiri iusserat, ad XV. Kal. Decembr. reversus est.

Nam et illuc legatos Michahelis imperatoris, qui ad eum mittebantur, sibi occurrere iussit, cum quibus et Fortunatus patriarcha Veneticorum regressus ad eius venit praesentiam. Sed legati imperatoris litteras et munera deferentes, pacis confirmandae causa se missos esse dicentes pro Fortunato nihil locuti sunt; inter caetera tamen ad legationem suam pertinentia quaedam de imaginum veneratione protulerunt, propter quae se Romam ire atque apostolicae sedis praesulem consulere debere dixerunt.

biterét iktatták be. Mikor e dolog hírét Quirinus szubdiakónus, egyike azoknak, akik az előző követségben szolgálatot teljesítettek, megvitte a császárnak, az, miután június 24-e körül gyűlést hirdetett és tartott meg Compiègne-ben, terveivel már a Bretagne-ba vezetendő hadjáratra összpontosítva úgy határozott, hogy fiát és uralkodótársát, Lothárt küldi Rómába, hogy a nevében eljárva mindarról, ami a körülményekből adódó szükség miatt sürgetőnek látszik, hozzon megerősítő döntést az új pápával és a római néppel. Amíg pedig ő ezek végrehajtására augusztus közepe után Itáliába távozott, a császár az előkészületben levő Bretagne-i hadjárat megkezdését az éhínség miatt, amely még mindig dühögött, ősz elejére halasztotta. Akkor végül mindenfelől összes csapatát egyesítve a breton határ melletti Rennes városába ment, és innen, három részre osztva seregét, majd kettőt Pippin és Lajos fiainak átadva, a harmadikat magánál tartva megtámadta Bretagne-t, és tűzzel-vassal feldúlta az egészet. E hadjárat negyven vagy még több napot vett igénybe; kézhez véve a túszoikat, akiket kikövetelt a hitszegő breton néptől, november 17-én visszatért Rouen városába, ahol parancsa szerint hitvese várakozott rá.

Ugyanide kellett érkezniük elé, amint parancsolta, Mihály császár hozzá küldött követeknek is, akikkel együtt visszatért Fortunatus velencei pátriárka is, majd elé járult. Ám a császár követei, noha levelet és ajándékokat hoztak, és kijelentették, hogy a béke megerősítése céljából küldték őket, Fortunatus javára semmit sem tudtak felhozni; egyéb, követségükre tartozó dolgok közt a képtisztelet kérdését hozták elő, majd kijelentették, hogy emiatt Rómába kell menniük s ott az apostoli főpappal tanácskozni. Kö-

Quos cum legatione eorum audita ac responso reddito absolvet, Romam, ut se velle dicebant, ducere iussit; Fortunatum etiam de causa fugae ipsius percontatus ad examinandum eum Romano pontifici direxit. Ipse Aquasgrani, ubi hiemare statuerat, profectus est.

Quo cum venisset et ibi natalem Domini celebrasset, allatum est ei, quod legati regis Bulgarorum essent in Baioaria; quibus obviam mittens ipsos quidem usque ad tempus congruum ibidem fecit operiri. Caeterum legatos Abodritorum, qui vulgo Praedenecenti vocantur et contermini Bulgaris Daciam Danubio adiacentem incolunt, qui et ipsi adventare nuntiabantur, ilico venire permisit. Qui cum de Bulgarorum iniqua infestatione querebantur et contra eos auxilium sibi ferri deposcerent, domum ire atque iterum ad tempus Bulgarorum legatis constitutum redire iussi sunt.

Suppone apud Spoletium, sicut dictum erat, defuncto eundem ducatum Adalhardus comes palatii, qui iunior vocabatur, accepit. Qui cum vix quinque menses eodem honore potiretur, correptus febre decessit. Cui cum Moringus Brixiae comes successor esset electus, nuntio honoris sibi deputati accepto decubuit et paucis interpositis diebus vitam finivit.

Aeblus et Asinarius comites cum copiis Wasconum ad Pamplonam missi, cum peracto iam sibi iniuncto negotio reverterentur, in ipso Pirinei iugo perfidia montanorum in insidias deducti ac circumventi capti sunt, et copiae, quas secum habuere, pene usque ad internicionem deletae; et Aeblus quidem Cordubam missus, Asinarius vero misericordia eorum, qui eum

vetségüket meghallgatva és választ adva elbocsátotta őket és megparancsolta, hogy vezessék őket Rómába, amint mondták, hogy szeretnék; Fortunatust pedig, kifaggatva szökésének okairól, a római pápához küldte, hogy hallgassák ki. Maga Aachenbe utazott, miután úgy döntött, ott tölti a telet.

Miután odaért és az Úr születését is ott ünnepelte, hírül hozták neki, hogy a bolgár király követei Bajorországban vannak; eléjük küldetve elrendelte, hogy ugyanott várakozzanak rá az alkalmas idő elérkeztéig. Egyébként viszont a közönségesen prédenecenteknek nevezett abodriták (akik a bolgárokkal szomszédosak és Dacia Duna mellett fekvő részét lakják) követeit, akik a híradások szerint szintén úton voltak felé, tüstént színe elé engedte. Miután ezek a bolgárok jogtalan támadásairól tettek panaszt és kérték, hogy nyújtson segítséget ellenük, megparancsolta, hogy menjenek haza, majd ismét jöjjenek el abban az időpontban, melyet a bolgárok követi számára jelölt ki.

Miután Spoletóban, amint már elmondtuk, elhunyt Suppo, e grófságot az ifjabbként emlegetett Adalhard palotagróf kapta meg. Ő, alig öt hónapja töltve be e tisztséget, lázas betegségbe esett és elhunyt. Miután pedig Moring bresciai grófot választották meg helyére, ahogy hírért vette, milyen tisztséggel bízták meg, ágyának esett és néhány nappal később bevégezte életét.

Aeblus és Asinarius grófokat baszk csapatokkal Pamplonába küldték; mikor a rájuk bízott ügyel már végezve hazatérőben voltak, a Pireneusok hágóin a hegylakók árulása folytán csapdába csalták, bekerítették és elfogták őket, a csapatokat pedig, melyek velük voltak, szinte a teljes pusztulásig megsemmisítették. Aeb-



ceperant, quasi qui consanguineus eorum esset, domum redire permissus est.

Hlotharius vero iuxta patris mandatum Romam profectus ab Eugenio pontifice honorifice suscipitur. Cui cum iniuncta sibi patefaceret, statum populi Romani iam dudum quorundam praesulum perversitate depravatum, memorati pontificis benivola adsensione ita correxit, ut omnes, qui rerum suarum direptione graviter fuerant desolati, de receptione bonorum suorum, quae per illius adventum Deo donante provenerat, magnifice sunt consolati.

Hoc anno paucis ante solstitium aestivale diebus in territorio Augustodunense aere in tempestatem subita mutatione converso ingens fragmentum ex glacie simul cum grandine decidisse narratur, cuius longitudo quindecim, latitudo septem, crassitudo duos pedes habuisse dicitur.

## DCCCXXV.

**ALM** Sacro paschali festo sollempniter Aquisgrani celebrato, arridente etiam verna temperie imperator venandi gratia Noviomagum profectus legatos Bulgarorum circa medium Maium Aquasgrani venire praecepit. Nam sic illo reverti statuit, habiturus ibi conventum, quod de Brittania regressus eo se tempore ibidem habere velle optimatibus indicaverat.

lust ezután Córdobaba küldték, Asinarius viszont azok irgalmaságából, akik elfogták őt, mivel vérrokonnak tekintették, engedélyt kapott, hogy hazatérjen.

Lothárt pedig, miután apja megbízásának megfelelően Rómába érkezett, Jenő pápa tisztelettel fogadja; mikor ismerteti vele, milyen feladatot kapott, az említett pápa jóindulatú egyetértésével annyira rendezte a római nép helyzetét (melyet több főpap romlottsága már régóta tönkretett), hogy mindazok, akiket vagyonuk elrablása fájdalmasan kifosztott, javaik visszanyerésével – amit Lothár érkezéséből kifolyólag Isten adott meg nekik – nagyszerű vigasztalást leltek.

Ebben az évben néhány nappal a nyári napforduló előtt, Autun területén arról számoltak be, hogy a hirtelen viharosra fordult égből jégeső kíséretében hatalmas jégdarab zuhant le, melynek hossza, mint mondják, tizenöt, szélessége hét, vastagsága két láb volt.

## 825.

**ALM** Miután Aachenben ünnepélyesen megülte húsvét szent ünnepét, és tavaszias időjárás mosolygott rájuk, a császár vadászat céljából Nijmegenbe utazva megparancsolta, hogy május közepe felé menjenek Aachenbe a bolgárok követei. Ilyentájt akart ugyanis visszatérni oda, hogy gyűlést tartson ott; Bretagne-ból való visszaérkezése után jelentette be az előkelőknek, hogy ebben az időben akarja majd megtartani ott.

Quo cum peracta venatione fuisset reversus, Bulgaricam legationem audivit; erat enim de terminis ac finibus inter Bulgaros ac Francos constituendis.

Adfuerunt in eodem conventu pene omnes Britanniae primores, inter quos et Wihomarcus, qui perfidia sua et totam Britanniam conturbaverat et obstinatione stultissima ad memoratam expeditionem illo faciendam imperatoris animum provocaverat, tandem saniore usus consilio ad fidem imperatoris, ut ipse dicebat, venire non dubitavit. Cui cum imperator et ignosceret et muneribus donatum una cum caeteris gentis suae primoribus domum remeare permetteret, promissam fidem, ut prius consueverat, gentilicia perfidia commutavit ac vicinos suos incendiis et direptionibus, in quantum potuit, infestare non cessans, donec ab hominibus Lantberti comitis in domo propria circumventus atque interfectus est. Imperator vero audita Bulgarorum legatione per eosdem, qui ad eum missi fuerant, legatos regi eorum missis litteris, prout videbatur, respondit.

Dimissoque conventu in Vosegum ad Rumerici montem venandi gratia profectus filium suum Hlotharium ex Italia regressum ibique ad se venientem suscepit; ac peracta venatione Aquasgrani rediens generalem populi sui conventum more sollempni mense Augusto habuit. In quo conventu inter ceteras legationes, quae de diversis partibus venerunt, etiam et filiorum Godefridi de Nordmannia legatos audivit ac pacem, quam idem sibi dari petebant, cum eis in marca eorum mense Octobrio confirmari iussit. Completisque omnibus negotiis, quae ad illius conventus

Miután pedig a vadászat végeztével visszatért oda, meghallgatta a bolgár követséget, amely pedig a bolgárok és frankok közti határok és végvidékek megállapítása ügyében volt ott.

Megjelent ugyanezen a gyűlésen a bretonok szinte összes főembere, köztük Wihomarc is, aki hűtlenségével egész Bretagne-t felforgatta, majd ostoba megátalkodottságával kiprovokálta a császár elhatározását, hogy megindítsa oda a már elbeszélt hadjáratot; ám végül jobb belátásra térve, mint maga mondogatta, nem habozott megtérni a császár iránt való hűségre. Miután azonban a császár nemcsak hogy megbocsátott neki, hanem népe többi előkelőjével együtt megajándékozva haza is engedte térni, az ígért hűséget, mint korábban is szokta volt, felcserélte a népébe ivódott hitszegéssel, s szomszédjait gyűjtogatással és rablással, amennyire csak tudta, szüntelenül gyötörte, mígnem Lantbert gróf emberei saját házában kerítették be, majd ölték meg. A császár pedig, meghallgatva a bolgárok követségét, ugyanazokkal a követekkel, akiket hozzá küldtek, levelet küldött királyuknak a tetszése szerinti válasszal.

A gyűlést felosztatva, vadászat céljából a Vogézekbe, Remiremont hegyéhez utazva fogadta Itáliából visszatért és ott eléje járuló fiát, Lothárt, majd a vadászat végeztével Aachenbe visszatérve augusztus hónapban ünnepélyesen általános gyűlést tartott népe számára. E gyűlésen a többi követség között, melyek különböző vidékekről odaérkeztek, meghallgatta Godefrid fiának követeit a normannok földjéről, és elrendelte, hogy október havában erősítsék meg örgrófságukban a békét, melyet kértek a maguk számára. S bevégezve minden ügyet, melyek úgy

rationem pertinere videbantur, Noviomagum cum filio maiore secessit, minorem vero filium suum Hludowicum in Baioariam direxit. Ipse autem autumnali venatione completa circa hiemis initium Aquasgrani reversus est.

In territorio Tullense iuxta Commerciacum villam puella quaedam nomine N. annorum circiter duodecim post sacram communionem, quam in pascha de sacerdotis manu sumendo perceperat, primo pane, deinde aliis omnibus cibis et potibus abstinendo in tantum ieunasse perhibetur, ut nulla penitus corporis alimenta percipiens sine omni victus desiderio plenum triennium compleverit. Coepit autem ieunare anno incarnationis dominicaeDCCCXXIII., sicut in ipsius anni descriptione superius adnotatum est; et hoc anno, id estDCCCXXV., circa Novembris mensis initium peracto ieunio escam sumere ac more caeterorum mortalium manducando vivere coepit.

## DCCCXXVI.

**ALM** Cum regi Bulgarorum legati sui, quid egerint, renuntiassent, iterum eum, quem primo miserat, ad imperatorem cum litteris remisit, rogans, ut sine morarum interpositione terminorum definitio fieret vel, si hoc non placeret, suos quisque terminos sine pacis foedere tueretur. Cui imperator, quia fama erat Bulgarorum regem a suo quodam optimate aut regno pulsum aut interfectum, respondere distulit; illoque expectare iusso propter famae certitudinem comperiendam Bertricum palatii comitem ad Baldricum

túnt, hogy e gyűlés mérlegelésére tartoznak, idősebbik fiával Nijmegenbe távozott, kisebbik fiát, Lajost pedig Bajorországba küldte. Maga pedig az őszi vadászat végeztével a tél kezdete körül Aachenbe tért vissza.

Toul területén, Commercy városa mellett egy tizenkét éves, ... nevű lány, miután húsvétkor szentáldozásban részesítette a pap, először a kenyértől, azután minden más ételtől és italtól olyanmennyire megtartóztatta magát, hogy egyáltalán semmi testi táplálékot sem véve magához, három teljes évet töltött minden étvágytól mentesen. A 823. évben kezdett böjtölni, amint fentebb, annak az évnek a leírásában megjegyeztük, és ebben az évben, azaz 825-ben, november hó eleje körül fejezte be a böjtöt, és kezdett ételt magához venni és a többi halandó módjára táplálkozva élni.

## 826.

**ALM** Amikor követei jelentették a bolgárok királyának, hogy mit végeztek, ismét azt küldte a császárhoz levéllel, akit először, kérve, hogy haladéktalanul szülessen döntés a határok rendezésében; vagy ha ezt nem látná jónak, akkor békeszerződés nélkül őrizze ki-ki saját határait. A császár, mivel az a hír járta, hogy a bolgár királyt valamely főembere vagy elűzte országából, vagy megölte, halogatta a válaszádat; s megparancsolva a követnek, hogy várjon, a hírről bizonyosságot szerzendő elküldte Bertric palotagró-

et Geroldum comites et Avarici limitis custodes in Carantanorum provinciam misit. Qui cum reversus nihil certi super his, quae fama vulgaverat, reportasset, imperator legatum ad se evocatum sine litteris remeare fecit.

Interea Pippinus rex, filius imperatoris, ut iussus erat, cum suis optimatibus et Hispanici limitis custodibus circa Kal. Febr. Aquasgrani – nam ibi tunc imperator hiemaverat – venit; cum quibus cum de tuendis contra Sarracenos occidentalium partium finibus esset tractatum atque dispositum, Pippinus in Aquitaniam regressus aestatem in deputato sibi loco transegit.

Imperator vero medio mense Maio Aquis egressus circa Kal. Iun. ad Ingilenheim venit; habitoque ibi conventu non modico multas et ex diversis terrarum partibus missas legationes audiuit et absolvit. Inter quas praecipua caeterisque praeminens erat legatio sanctae sedis apostolicae, Romanae videlicet ecclesiae, qua fungebatur Leo Centumcellensis episcopus et Theofilactus nomenclator, et de partibus transmarinis

Dominicus abbas de monte Oliveti, legati quoque filiorum Godofridi regis Danorum, pacis ac foederis causa directi et de Sclavorum regionibus quidam Abodritorum primores Ceadragum ducem suum accusantes.

Accusabatur et Tunglo, unus de Soraborum primoribus, quod et ipse dicto audiens non esset. Quorum utrique denuntiatus est, quod si medio Octobrio ad imperatoris generalem conventum venire distulisset, condignas perfidiae suae poenas esse daturum. Venerunt et ex Brittonum primoribus, quos illius limitis custodes adducere voluerunt.

fot Baldric és Gerold grófokhoz és az avar határ őreihez a karantánok tartományába. Mikor visszatért, semmi bizonyosról nem számolhatott be azokon felül, amilyen hírek terjengtek; a császár így, magához hívva a követet, levél nélkül küldte vissza.

Eközben Pippin király, a császár fia, amint parancsa volt rá, előkelőivel és a hispán határ őreivel február elseje körül Aachenbe ment, mert a király akkor ott töltötte a telet; miután megtárgyalta és eldöntötte velük, hogyan őrizzék a szaracénok ellen a nyugati határvidékeket, Pippin Aquitániába visszatérve a neki szánt helyen töltötte el a nyarat.

A császár pedig május hó közepén távozva Aachenből, június elseje körül Ingelheimbe ment, s ott jelentős gyűlést tartva meghallgatta és elbocsátotta a különböző égtájak felől érkező követségeket is. Közülük legfőbb és a többenél előrébbvaló volt az Apostoli Szentszék, azaz a Római Egyház követsége, melyben Leo centumcellaei püspök és Theofilactus nomenclator teljesített szolgálatot, a tengerentúli tájakról pedig Dominicus apát az Olajfák hegyéről, továbbá Godofrid dán király fiainak követei, akik béke és szövetség dolgában jártak, illetve a szláv vidékekről az abodriták egyes főemberei, bevádolva fejedelmüket, Ceadragot. Vád érte Tunglót, a szorb főemberek egyikét is, hogy ő sem hallgat a parancsokra; mindkettejüknek megüzenték, hogy ha október közepén elmulasztanák, hogy eljőjenek a császár általános gyűlésére, elveszik majd hűtlenségük méltó büntetését. Eljöttek néhányan a bretonok főemberei közül is, akiknek megjelenését e határvidék őrzői akarták.

Ugyanebben az időben Heriold feleségével és dánok nagy sokaságával Mainzba menve a Szent Albanus templomban megke-



Eodem tempore Herioldus cum uxore et magna Danorum multitudine veniens Mogontiaci apud sanctum Albanum cum his, quos secum adduxit, baptizatus est; multisque muneribus ab imperatore donatus per Frisiam, qua venerat via, reversus est. In qua provincia unus comitatus, qui Hriustri vocatur, eidem datus est, ut in eum se cum rebus suis, si necessitas exigeret, recipere potuisset.

Baldricus vero et Geroldus comites ac Pannonici limitis praefecti in eodem conventu adfuerunt et adhuc de motu Bulgarorum adversum nos nihil se sentire posse testati sunt. Venit cum Baldrico presbyter quidam de Venetia nomine Georgius, qui se organum facere posse adserebat; quem imperator Aquasgrani cum Thancolfo sacellario misit et, ut ei omnia ad id instrumentum efficiendum necessaria praeberentur, imperavit.

Condictoque ac pronuntiato ad medium Octobrium generali conventu, caeteris omnibus more sollempni absolutis ipse trans Rhenum ad villam, quae Salz vocatur, cum suo comitatu profectus est. Ibi ad eum legati Neapolitanorum venerunt, atque inde accepto responso ad sua regressi sunt. Ibi ad eius notitiam perlatum est de fuga ac perfidia Aizonis, quomodo fraudulenter Ausonam ingressus et a populo illo, quem dolo deceperat, receptus Rotam civitatem destruxit, castella eiusdem regionis, quae firmiora videbantur, communivit missoque ad Abdiraman regem Sarracenorum fratre suo auxilium, quod petebat, iussu eiusdem regis contra nostros accepit. Sed imperator licet huius rei nuntium graviter ferret, nihil tamen inconsulte gerendum iudicans consiliariorum suorum adventum statuit operiri; transactaque

resztelkedett azokkal együtt, akiket elhozott magával, majd miután a császár sok ajándékkal halmozta el, Frízián keresztül, amely úton érkezett, haza is tért. E tartományban kapott egy grófságot, melyet Hriustinak hívnak,<sup>112</sup> hogy ha a szükség arra kényszerítené, oda vehesse be magát övéivel.

Baldric és Gerold gróf, valamint a pannoniai határvidék előljárói viszont jelen voltak ugyanezen a gyűlésen, és arról számoltak be, hogy semmi sem érzékelhető a bolgárok ellenünk irányuló mozgolódásából. Eljött Baldriccal egy Velencéből való, György nevű presbiter, aki azt állította, hogy tud orgonát építeni; a császár Thancolf kincstárnokkal Aachenbe küldte őt, és megparancsolta, hogy bosszúsanak rendelkezésére mindent, ami e hangszer készítéséhez kell.

Október közepére általános gyűlést kitűzve és kihirdetve, miután minden mást ünnepélyesen elvégzett, a császár kíséretével a Rajnán át a Salznak hívott birtokra utazott. Ott követek járultak elé Nápolyból, majd választ kapva visszatértek onnan hazájukba. Ott jutott tudomására Aizo szökése és álnoksága, hogy milyen csalárdul tört be Vichbe és hogy miután a csellel rászedett nép befogadta, lerombolta Roda városát;<sup>113</sup> a környék várait, melyek erődítménynek tűntek, megerősítette, majd fivérének elküldve Abdurrahmān szaracén királyhoz, segítséget kért, majd a király utasításának megfelelően meg is kapta azt a mieink ellen. A császár pedig, noha e dolog hírének nehezen viselte, mégis, úgy ítélve jónak, hogy semmit se cselekedjen tanácskozás nélkül, úgy határozott,

---

112 Rüstringen

113 Ma Stadtroda

autumnali venatione circa Kal. Octobr. per Moenum fluvium usque ad Franconofurd secunda aqua navigavit.

Inde ad Ingilunhaim medio Octobrio veniens generalem ibi, ut condictum erat, populi sui conventum habuit. In quo et Ceadragum Abodritorum ducem necnon et Tunglonem, qui apud eum perfidiae accusabantur, audivit: et Tunglonem quidem accepto ab eo filio eius obside domum redire permisit, Ceadragum vero caeteris Abodritis dimissis secum retinuit missisque ad populum Abodritorum legatis, si eum sibi vulgus regnare vellet, perquirere iussit. Ipse autem Aquasgrani, ubi hiemare constituerat, profectus est. Cumque legati, quos ad Abodritos miserat, reversi nuntiassent, variam gentis illius super rege suo recipiendo sententiam, meliores tamen ac praestantiores quosque de illius receptione concordare, acceptis ab eo, quos imperavit, obsidibus in regnum suum eum fecit restitui.

Dum haec aguntur, Hildoinus abbas monasterii sancti Dionisii martyris Romam mittens adnuente precibus eius Eugenio sanctae sedis apostolicae tunc praesule ossa beatissimi martyris Christi Sebastiani accepit et ea apud Suessionam civitatem in basilica sancti Medardi collocavit. Ubi dum adhuc inhumata in loculo, in quo adlata fuerant, iuxta tumulum sancti Medardi iacerent, tanta signorum ac prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum vis in omni genere sanitatum per divinam gratiam in nomine eiusdem beatissimi martyris enituit, ut a nullo mortalium eorundem miraculorum aut numerus comprehendi aut varietas verbis valeat enuntiari. Quorum quaedam tanti stuporis esse narrantur, ut humanae inbecillitatis fidem excederent, nisi certum esset,

hogy megvárja tanácsosai érkezését; majd az őszi vadászat végeztével, október elseje körül a Majna folyón folyásirányban egészen Frankfurtig hajózott.

Innen Ingelheimbe menve október közepén, amint ki volt tűzve, általános gyűlést tartott népe számára; ezen meghallgatta Ceadrag abodrita fejedelmet, valamint Tunglót, akiket hűtlenséggel vádoltak előtte. Tunglónak ugyan, miután fiát túszként elvette, megengedte, hogy hazatérjen, Ceadragot azonban, miután a többi abodritát elbocsátotta, magánál tartotta, majd követeket küldve az abodriták népéhez, elrendelte, hogy tudják meg, akarná-e a nép, hogy ő uralkodjon. Maga pedig Aachenbe utazott, ahol a téltre megállapodott. S mikor a követek, akiket az abodritákhoz küldött, visszatérve azt jelentették, hogy a nép véleménye megoszlik a király elfogadásáról, ám a nemesebbek és kiválóbbak egyöntetűen elfogadják, elvéve tőle a kijelölt túszoikat, visszaállította uralmát.

Míg ezek történnek, Hildoin, a Szent Dénes-monostor apátja Rómába küldetett; s mivel Jenő, az apostoli szék akkori főpapja rábólint kérésére, átveszi Krisztus vértanújának, Szent Sebestyénnek csontjait, és Soissons városában a Szent Medárd-bazilikában helyezi el. Itt, mikor még temetetlenül feküdtek a ládában, ahogy odavitték, a jelek és csodák akkora sokasága tündökölt fel, és Isten kegyelméből a szentség olyan ereje szabadult fel mindenféle gyógyítást végezve, hogy nincs halandó, aki e csodáknak akár a számát felfoghatná, akár sokféleségét elmesélhetné. Úgy mondják, ezek közül egyesek annyira bámulatosak, hogy gyarló emberi hitünket meghaladnák, ha nem lenne biztos: a mi Urunk, Jézus

dominum nostrum Iesum Christum, pro quo idem beatissimus martyr passus esse dinoscitur, omnia, quae vult, facere posse per divinam omnipotentiam, in qua illi omnis creatura in caelo et in terra subiecta est.

## DCCCXXVII.

